



Stockflethe!



1. Ant. Pauli. Diff. de genuino  
principio actionum humanaarum  
Halo 1706
2. Buddei. Joh. franc. Diff. De  
exaltatione dolorosa salvatoris  
nostrri jca 1707.
3. Carpovij pauli theod. animadver.  
conf. 129. siues philologico = Critico = Sacre  
Carpovij. iacq. jpsib 1711.
4. ejusdem. Physiologia saceratissima.  
conf. 39. franc. 1740.
5. Gut Bier. Joh. tobias. Diff. de  
progreffe controversie circa  
hereticos rebaptizandos.  
Lipsie 1649

4.

PSYCHOLOGIA  
SACRATISSIMA

---

HOC EST  
DE  
**ANIMA CHRISTI**  
**HOMINIS**  
IN SE SPECTATA  
COMMENTATIO  
THEOLOGICO-PHILOSOPHICA

---

AVCTORE  
**M. IACOBÓ CARPOVIO**

ILL. GYMNASII VINARIENSIS RECTORE  
ET REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARVM BEROLINENSIS  
COLLEGA.

---

EDITIO ALTERA LONGE AVCTIOR.

---

FRANCOVRTI ET LIPSIAE  
IMPENSIS IO. ADAM. MELCHIOR.  
M DCC XL.

PSYCHOLOGIA  
SACRA TISSIMA

1000 622

DE

ANIMA CHRISTI  
HOMINIS  
IN SE SPECATATA  
COMMUNITATIO  
THEOLOGIC-THIOPHIC

VADIMUS

M. IACOBO CARPOVIO

LI. CLAUDIO ANTONIUS RECENSIT  
ET DEDICAT SOCIVTATIS ET CIVILIS  
CIVITATIS VENETIENSIS  
CCXVII

LIBERUS ET LIBERTATIBUS

AMORIBUS ET AMORIBUS  
IN AGASTYMPICHIE  
MOSCAE

VIRO  
MAGNIFICO ET SVMME VENERABILI  
DOMINO  
IOANNI GEORGIO WEBERO  
SERENISSIMO DVCI SAXO-VINARIENSI A CON-  
SILIIS ECCLESIASTICIS ECCLESIASTI IN  
AVLICA SVPREMO PER PRINCIPATVM  
VINARIENSEM SVPERINTENDENTI  
GENERALI  
AD DD. PETRI ET PAVLI PASTORI PRIMARIO  
ET ILLVSTRIS GYMNASII EPHORO ORDINARIO  
MERITISSIMO  
VT ET  
VIRO  
SVMME REVERENDO DOCTISSIMO QVE  
DOMINO  
ANTHON EHRENFRIED FASELIO  
AD DD. PETRI ET PAVLI ARCHIDIACONO  
ET PROTOSYNEDRII VINARIENSIS AD-  
SESSORI GRAVISSIMO  
MAECENATIBVS ET PATRONIS  
SVIS PIE SEMPER COLENDIS

QVI  
**AVGMENTI PIETATIS NON  
SOLVM SED ET VERITATIS CVRAM  
ET STVDIVM GERVNT**

QVI  
**VERAE SAPIENTIAE CVPIDOS  
CVLTORES ADVERSVS MALIGNITATEM  
ET STVPOREM HOSTIVM  
PROTEGVNT**

QVI  
**NEGLECTIS CALVMNIATORVM  
SVSVRIS INSIDIOSIS SVO ME PATROCI-  
NIO ET FAVORE SEMPER DIGNATI  
SVNT**

**IN ANIMI GRATISSIMI DOCVMEN-  
TVM QVALESCVNQVE MEDITATIO-  
NES HAS**

**FAVSTA OPTIMA LAETISSIMA  
QVAEVIS EX ANIMO ADPRECATVS**

OFFERT

**IACOB CARPOV**

R.



# CANDIDO BENEVOLOQVE LECTORI

S. P.

## I.

**E**tiam si, barbariei tenebris magna ex parte *An in Theologica reuelata noue veritates possint inueniri?* expulsis, ad id perfectionis fastigium peruererit ætas nostra, vt in omni fere disciplinarum genere non maiorum tantum vestigia premat, sed nouis etiam inuentis campum veritatum extendat latius, non desunt tamen, qui sibi persuadent, tantum abesse, vt in sacratissima Theologia nouæ nec dum cognitæ

a 3 veri-

veritates possint inueniri, ut, quæ maiores nobis reliquerunt, posteris in illa tantum tradi debeant. Nec desunt, quibus sententia veritatis speciem concilient. Namque dum quidquid ad salutem homini cognitu necessarium est, id omne in S. Scriptura continetur non solum, sed veritatibus etiam in illa reuelatis humano ausu aliquid addere, æque illicitum est, ac de sancta Iohannis Apocalypsi sub anathematis poena spiritus Dei idem prohibuit (a), fieri nullo modo posse videretur, ut nouæ in sacratissima hac ad salutem disciplina nec antea iam hominibus cognitæ veritates in lucem producantur,

## II.

*Affirmatur  
questio.*

At contra ac modo dicta sunt, nouas posse in Theologia reuelata veritates inueniri, argumento euidentissimo euincam. *Veritates inuenire* dicunt, quisquis ex ante cognitis incognitas deriuat. Enim vero in Theologia veritates ante cognitas esse, nemo, qui vel primis labiis eandem degustauit, dubitat. Quot enim propositiones, vel ex sacris litteris haustæ, vel ex analogia fidei recte demonstratæ, adsunt, tot adsunt veritates cognitæ, quia quidquid vel S. Scriptura claris verbis docet, vel ex analogia fidei veræ recte derivia-

(a) Apoc. XXII, 18.

PRAEFAMEN.

riuatur, non potest non esse verum. Ex talibus autem cognitis veritatibus Theologicis aliæ incognitæ possunt deriuari. Quid enim est veritatis ex aliis deriuatio, nisi quod conclusio inferatur ex præmissis? Sed conclusionem, licet ante incognitam, ex præmissis cognitis inferri posse, vel ex Logicis præceptis in aprico est. Quoniam igitur quibus ad veritates inueniendas opus est requisitis adsunt in Theologia, dum nec deficiunt veritates cognitæ, nec regulis ad recte conclusiones inferendas Logicis caremus, nec, ut ex cognitis incognita deruentur, repugnans est, inuentio veritatum nouarum locum potest in Theologia habere.

III.

Nec est, cur dicas, *quidquid in Theologia solutio du-  
cognitu necessarium est, id omne iam esse in S.  
Scriptura reuelatum.* Dudum enim Theologi agnouere, & a nobis alio loco (b) demonstratum est, duas esse veritatum, a Deo in litteris sacris reuelatarum, species, quarum altera veritates, totidem ibi verbis expressas, altera *in r̄s p̄nt̄s* deritandas complectitur; vt adeo priores immediate, posteriores mediate tantum reuelatae dici queant. Hinc si ita concludatur: *Si omnes veritates Theo-  
logi-*

(b) In Thol. Reuel. Dogm. T. I. §. 225. seqq.

logicæ, vel quidquid in Theologia cognitu necessarium est, est totidem in S. Scriptura verbis a Deo reuelatum, nulla potest in Theologia amplius veritatum inuentio locum habere, rectissime negatur antecedens, vt pote quod & veritati & concessio Theologico aduersatur. Quodsi vero ita: Si omnes veritates Theologicæ, vel quidquid in Theologia cognitu necessarium est, est in S. Scriptura vel κατὰ τὸ πντὸν, vel per consequentiam legitimam reuelatum, nulla potest in Theologia veritatum nouarum inuentio amplius locum inuenire, consequentiam negandam esse, nemo non videt. Nam dum ex illis, quæ κατὰ τὸ πντὸν S. Scriptura docet, consequentiæ incognitæ Theologicæ deriuantur recte, quod fieri posse, extra dubitatio-  
nis aleam est positum, eo ipso inueniuntur veritates Theologicæ; quocirca aut nouas in Theologicis veritates posse inueniri confitendum, aut omne id, quod per pronam consequentiam ex S. Scriptura & fidei analogia deriuatur, vt spurium, ex Theologia, quod absit! proscribendum est.

## IV.

Secundi.

Similiter nihil ad rem facit, quod, *nil quidquam S. Scripturæ addi debere*, dicatur. Magna enim est eorum, quæ adduntur, differentia. Sa-  
ne si quis suo ausu addat, quæ nec κατὰ τὸ πντὸν, nec

per legitimam consequentiam in S. Scriptura continentur, summo illum iure culpari, fateor. Quid enim hoc aliud est, quam auctoritatem humana, licet fallibilem, æqualem facere diuinæ infallibili? An vero plumbum auro pretio, aut argillam petræ firmitate æqualem habet sapiens? Quid aliud, quam ruinoso vacillantique traditionum fundamento superstruere fidem & salutem, res auro argentoque omni contra non caras? At plane dispar eorum ratio est, qui conclusiones, quarum principia in ipsa S. Scriptura, recte explicata, continentur, addunt. Nam quidquid per legitimas consequentias ex S. Scriptura deriuatur, id æque certum & infallibile Dei verbum est ac illud, quod totidem verbis in illa legitur (c). Vnde quia, augmento cognitionis salvularis studere nos, vult apostolus (d), tantum abest, vt, per consequentias recte deriuatas nouas in Theologia veritates inuenire, vetitum sit, vt ad illud potius, dummodo possimus, simus obligati.

*Carpov. de Anim. Chr.*

b

V. Quam-

(c) Theol. Reuel. Dogm. T. I. §. 227.

(d) Eph IV, 11. seqq. 2. Petr. III, 18. De cetero de incremento cognitionis Theologicæ, illiusque cum generibus diversis, tum alis, ad hanc rem pertinentibus, egi in Theol. Reu. Dogmat. Tom. II, Præfat. §. 1. seqq.

*Ad verita-  
sum Theolo-  
gicarum in-  
uenitionem  
requisitum  
primum,*

## V.

Quamvis autem , vt modo demonstratum dedi , fieri queat , vt nouæ in Theologia veritates inueniantur , non tamen vires omnium , qui ei nomen dederunt , huic labori sufferendo pares esse , fateor . Nam quod in se possibile est , sëpe tamen , habito ad huius vel illius vires respectu , repugnans deprehenditur . Si quæras igitur , quibusnam nouas Theologicas veritates inuenturus egeat requisitis ? vel Logica illud principia docent . Nullæ inueniuntur veritates incognitæ nisi ex aliis cognitis ; id quod ipsa de inuentione veritatum supra data definitio ostendit . Quisquis igitur nouas in Theologia veritates in apricum producturus est , is iam cognitarum copia instructus sit , necesse est . Theologicas maxime ex illarum numero esse , quibus carere nequit nouarum Theologicarum inuentor , vel non monente me , in aperto est . Non est enim conclusio de fide vel Theologica , nisi ex principio Theologico derivata sit . At tantum abest , vt solæ veritates Theologicæ ad hunc finem sufficient , vt sine philosophicarum adiumento parvus vel nullus progressus sperari possit aut exspectari . Etenim ad conclusionem inferendam duabus præmissis , siue utraque exprimatur , siue alterutra , vt in enthymematibus sit , subintelligatur , opus est .

Quam-

Quamuis autem interdum vtramque, ad conclusionem inferendam, præmissam Theologia reuelata suppeditet, sapissime tamen accidere videtas, vt, alterutram præmissarum Theologia suppeditante, alterutram ex Philosophiæ promptuario depromere necesse habeas. Quod si Tibi forte, Lector, dubium videatur esse, ipsa, quam offero, commentatio plura suppeditabit exempla, quam probatio asserti postulat. Quoniam igitur sine principiis nulla potest inueniri conclusio, & in Theologicis & in Philosophicis veritatibus veratissimum esse debere, qui inueniendis veritatibus nouis Theologicis operam datus est, sequitur.

## VI.

Primum hoc est, non vnum. Per modum *Secundum.* concludendi illegitimum vel ex verissimis principiis falsæ conclusiones deriuari possunt. An igitur sufficit ad veritatum inuentionem principiorum notitia? Absit! Qui formæ concludendi demonstrandi legitimæ ignarus est, aut ad conclusiones ex principiis cognitis inferendas plane ineptus erit, aut modo vsus inferendi, Logicæ aduerso, falsas verarum loco inferet ex veris principiis conclusiones, aut inferens licet veras, dubiam tamen suspensamque de illarum veritate mentem geret. Hinc quemadmodum nec lu-

mine viator, nec regula architectus carere potest, sic nec sine demonstrandi recteque concludendi habitu felix in veritatibus Theologicis inueniens progressus potest fieri.

## VII.

*Cur auctor  
de anima  
Christi ege-  
rit?*

Evidem de veritatum Theologicarum inuentione plura adhuc generalia dicenda & proponenda essent. At loci angustia excluso ad institutum properandum est. Quam vides, Lettor, commentatorem, veritates Theologicas, non quidem omnino nouas, sed a Theologis tamen, quos vidi, omnibus leui vix digito tactas, continet. Quamuis enim veram animam humanaam Christo homini competere, rectissime doceant, de facultatibus tamen, perfectionibus singularibus, origine eius & aliis eiusmodi, quae disputant, vel animis abrupta sunt, vel nulla, adeo ut quae traduntur, vix primas tradendorum lineas constituant. Nec id mirari conuenit. Nemo enim de conditione animæ Christi recte præcipere potest, nisi solida veritatum psychologicarum notitia ex philosophia instructus sit; quam tantum abest, ut possideant omnes, ut in quisquiliarum inutilium numero habeant alii, alii cum totius Philosophiae neglectu adspernentur. Quo se habente ita, de anima Christi agendo,

non

non operam me perditurum esse, eo magis confessus sum, quo maiori cum iure, seorsim hac doctrina pertractata, in eadem enucleanda in altero Theologiæ reuelatæ Tomo licebit esse breuiori.

## VIII.

Quemadmodum autem tota humanitas *Quo respe-  
ctu?* Christi, ita quoque anima ipsius & extra vnionem cum *λόγῳ* personalem, neutiquam illam negando, sed ab eadem abstrahendo, & in ea spectari potest. Sub priori respectu, ut maximis quidem excellentissimisque, at in se tamen limitatis perfectionibus prædicta, sub posteriori, ut infinitorum *λόγων* simul particeps se nobis offert. In præfenti labore, licta consideratione posteriore, priorem tantum suscipere placuit.

## IX.

In ipsa tractatione, omne dicendorum argumentum ad tria capita commode reuocari posse, *Contenta  
capitis pri-  
mi.* animaduerti. Primum de existentia animæ Christi facultatibusque illius naturalibus agit. Præmissis nimirum principiis demonstrandi psychologicis §. 1. seqq. existentia animæ Christi ante omnia demonstrata est §. 8. Progressu deinde ad facultates illius naturales facto, quod ad facultatem cognoscitiam attinet, sensibus §. 14, phantasia.

tasia §. 16, memoria §. 20, facultate attendendi, reflectendi §. 22, abstrahendi §. 24, ingenio §. 27, intellectu cum omnibus operationibus suis §. 31. seqq. acumine §. 41, ratione §. 43, quod autem ad appetituum, appetitu sensitiuo & auersatione sensitiua §. 48, cum affectibus §. 49, denique appetitu & auersatione rationali §. 50, cum voluntatis libertate eam gaudere §. 52, adeoque animæ nostræ in omnibus essentialibus *εμοστιν* esse §. 57, ex variis operationibus Christi, cum principiis psychologiae comparatis, demonstravi. Speciatim vero in doctrina de intellectu Christi feci excursionem. Nam dum ad operationes intellectus Christi variæ ratiocinationes, aduersus doctrinæ ipsius hostes institutæ, pertinent, non solum quasdam illarum, præ reliquis attentione dignas, in formam redigi §. 33. Sch. 1. seqq. sed etiam cum argumentum pro animæ immortalitate æque ac resurrectione mortuorum defendenda, quo Saducæis linguam occludebat Seruator meritissimus Matth. XXII, 23. seqq. Marc. XII, 18. seqq. Luc. XX, 27. seqq. multis obscurum, saltim qua formam Logicam non satis cohærens visum sit, ad vindicandum modum, quo Christus usus est, ratiocinandi more Geometrico illud euolutum exponere placuit §. 33. Sch. 6. vt hac ratione neruus argumentandi euidentissime ante oculos ponetur.

X.

## X.

Capite secundo de imagine Dei in Christi *secundi.*  
 anima, eaque tam secundaria, quam primaria  
 actum est. Scilicet etiamsi anima Christi in se  
 ens finitum §. 68. & hinc in se perfectionibus fi-  
 nitis tantum instructa fuerit §. 69, adeo ut neque  
 incrementum cognitionis §. 73. neque admiratio  
 eidem repugnauerit §. 75, eandem tamen cogni-  
 tione Dei veritatumque cælestium habituali §.  
 60, voluntate sancta & recta §. 63, viribusque ad  
 bonum habitualibus §. 67, ad perfectam legi diui-  
 nae obedientiam præstandam §. 67. Sch. polluis-  
 se, ostendi. Ex quibus principiis, habita simul  
 simplicitatis §. 78, spiritualitatis §. 81. Sch. incor-  
 ruptibilitatis §. 80, & immortalitatis animæ Chri-  
 sti ratione §. 85, eam Deo non similem tantum  
 fuisse §. 86, sed imaginem Dei etiam cum secun-  
 dariam, tum primariam gessisse §. 93. seqq. se-  
 quitur.

## XI.


Denique capite tertio peruestigata animæ *tertii.*  
 Christi origine, quod plerique argumentum re-  
 fugiunt, non confutatis tantum flultis Iudæo-  
 rum aliorumque opinionibus §. 101. Sch. 2. sed  
 licet etiam eorum sententia, qui ex anima Ma-  
 riæ eam traductam perhibent §. 99. seq. veritati  
 conue-

conuenientissimam creationem esse, ostendi §.  
101, additis de commercio animæ cum corpore  
in Christo §. 104. animæque ipsius post mortem  
statu paucissimis §. 108. Quamnam autem tra-  
ctatio hæc vtilitatem præstet, locis pariter con-  
uenientibus est ostensum. Vale, Lector, & co-  
natibus, in veritatis pietatisque incrementum di-  
rectis, porro fauere perge, loca autem, ex Theo-  
logia Reuelata excitata, in nostræ Tomo primo  
& secundo euolue. Dabam Vinariæ d. 16. Octobr.

1737.



PRAE-



## PRAEFATIO AD EDITIONEM ALTERAM.

Quam altera vice prelo subiectam vides, Lector,  
*Commentationem de anima Christi Theologico-Philosophicam*, ea per modum Dissertationis olim in  
vulgus edita, & in Gymnasio nostro Illustri, Re-  
spondente IO. GVILIELMO FLEISCHERO, Vi-  
nariensi, opponentibus LETZIO, CZECK & HANNIO, na-  
tione Transylvanianis, iuuenibus ornatissimis, qui, vt in acroasi-  
bus Theologicis ore meo defluenter, Iena Vinarium cum  
popularibus suis venerant, publice defensa fuit. Neque in-  
gratas eruditis hasce meditationes fuisse, cum ex celeri exem-  
plarium omnium distractione, tum ex aliis indiciis publicis  
priuatisque collegi. Quemadmodum vero quod omnibus  
placeat, nunquam in medium allatum est, nec adferetur, sic  
præsens quoque Commentatio duos, quantum equidem scio,  
aduersarios, alterum HENRICVM CLAVSINGIVM,  
alterum CHRIST. GOTTLIEB CLVGIVM nacta est.  
Priorem & præfatio offendit, & ipsa tractatio, dum in illa

*Carpov. de Anim. Chr.*


A

quæ

18 PRAEFATIO AD EDITIONEM ALTERAM.

qua de inventione veritatum nouarum Theologicarum dixeram, a veritate abesse visa sunt; in hac mysterium omnium maximum de Christo rationis dominio me subiecisse, arbitratus fuit in *Programmate*, ad memoriam nativitatis Christi anno 1737 pie recolendam, edito. Vtrumque obiectum breuiter, at sufficienter dilui in *Programmate de ratione auctores classicos tractandi Gymnasiaistica* pag. 4. seqq. quam responsonem hoc loco repetere, ne actum agam, supersedeo. Posterior vero pro ea, qua est, in iudicando non ~~απαιδευσία~~, sed vel ~~ἀρεψία~~ vel proteruitate mentis per vberiorem doctrinæ de anima Christi tractationem, licet in se verissimam, modo Theologorum nostrorum existimationem minui, modo Philosophiam Wolffianam in cœlum vsque euehi, somniauit, modo tota tractatione de anima Christi in se spectata Theologiam reuelatam carere posse, *nevoΦωνίας* edito specimine, eruditis persuadere conatus fuit in *Singular.* P. I. pag. 147. At huius quoque ineptias & vaniloquentiam compescui in *Inanibus Singularium* pag. 155. seqq. De his igitur cum plura addere, superuacaneum esse videatur, vnum hoc tantum moneo, quod amplioris illustrationis vel confirmationis causa nouæ obseruationes partim Theologico philosophicæ, partim exegeticæ vbiuis fere, salua tamen paragraphorum serie, adiectæ, passim vero ad vberiorem tractationem euoluendam Theologæ meæ Dogmaticæ Tomus secundus excitatus sit. Vale & faue. Dabam Vinariæ d. 25. Nov. 1739.

DE



DE  
ANIMA CHRISTI IN SE SPE-  
CTATA COMMENTATIO THEO-  
LOGICO-PHILOSOPHICA.

CAPVT I.

DE EXISTENTIA ET FACVL-  
TATIBVS EIVS NATVRALIBVS.

S. I.

**O**uisquis mortalium operationum mentis suæ ratio-  
nem habet, is varias rerum in illa repræsentatio-  
nes, quas *perceptiones* vocamus, esse, in se ipso  
experitur. Vocamus autem *perceptionem obscu-*  
*ram*, per quam entia totalia non, claram, per  
quam illa distinguntur. Quisquis vero ens A sibi, vt diuer-  
sum a B, repræsentat, is dicitur *A et B a se inicem distingue-*

**SCHOL.** Exemplum repræsentationis obscūræ in homine, cu-  
ius Marc. VIII, 22. seqq. mentionem facit Euangelista, depre-  
hendimus. Etenim cum Christus, ei visum non actu unico, sed ob-  
scure. per gradus restituere, sapientia sua conueniens esse iudicarer,  
peracta operatione prima v. 23. Christo interroganti: ecquid  
videret? suspiciens respondebat: video homines instar arborum

A 2

ambu-

*ambulantes* v. 24. Quorum verborum non potest aliud esse sensus, quam hic: se homines quidem videre ambulantes, sed ob aliquam statutæ hominum arborumque conuenientiam nondum satis dignoscere, vitrum sint homines, an arbores? ut adeo, non habita ratione motus, homines facile pro arboribus possit reputare. Quoniam igitur hominis huius, in actu sanationis recipienda constituti, perceptio talis erat, ut homines arboreaque, in se spectatos, licet sint entia totalia, nondum posset a se inuicem distinguere, h. e. unum eorum sibi, ut diuersum ab altero, repræsentare (§. 1.), fuit hoc respectu perceptio eius obscura (§. 1.).

## §. 2.

*Representatio clara dicitur distincta*, si varia in toto distinguantur; si minus, *confusa*. Et ea quidem varia vel partes esse possunt, vel criteria, vel respectus, a se inuicem distingueri. *Repræsentatio autem totius distincta supponit variorum eius repræsentationes claras* (§. 1.).

*Representatio distincta qua cognitionem symbolicam quid: requiriatur?*

*SCHOL.* Dum ad repræsentationem distinctam hoc tantum requisiui, ut varia in toto distinguantur, locutus sum de cognitione rerum in se, quatenus in mente est, non quatenus per certa symbola, qualia sunt verba, repræsentationes mentis significantur. Nam respectu hoc posteriore ad repræsentationem distinctam id quoque, ut varia in toto vel criteria entis enarrare possimus, requiritur; quo deficiente, repræsentatio clara non nisi confusa est. Ex quo haud difficulter constat, cur distincta cognitione vel repræsentatione rerum eum pollere dicamus, qui debitas rerum definitiones dat. Nam qui has dat, non tantum criteria entis, ut varia in toto, a se inuicem distinguit, sed illastriat verbis significat.

## §. 3.

*Conscium sibi esse idem est, ac res a se inuicem distinguere: sibi esse quid re sit?* *Conscium sibi ipsum ab aliis rebus distinguit, is est sibi sui ipsius; quisquis alias res a se inuicem distinguit, is est sibi*

## EXSISTENTIA ET FACULTATIBVS NATVRALIBVS. 3

*sibi aliarum rerum conscientius.* Hinc quisquis sibi sui ipsius est conscientius, is debet se ipsum sibi repræsentare, ut diuersum ab aliis rebus; quisquis autem sibi conscientius est aliarum rerum, is debet res alias sibi, ut diuersas a se inuicem, repræsentare (§. 1.).

*SCHOL.* Ita e. g. homo dormiens nec est sibi sui ipsius, nec *Definitionis* aliarum rerum, experientia teste, conscientius, cum e contrario vi- *Illustratio.* gilans non careat conscientia sui. Sed non aliam status vtriusque deprehendimus differentiam, nisi quod dormiens, sed extra insomniū statum constitutus, nec se ipsum a rebus aliis, nec res alias a se inuicem distinguat, quod sit e contrario a vigilante.

### §. 4.

In repræsentationibus obscuris ne entia quidem totalia *Vbinam con-* a se inuicem, in claris e contrario totalia (§. 1.), in distin- *scientia sui* *ctis varia* *totorum quoque* *distinguuntur* (§. 2.). Repræ- *fit vel non?* sentationes igitur obscuræ, quaterius tales, tollunt conscientiam sui, quæ e contrario cum claris distinctisque est coniunctio (§. 3.).

*SCHOL.* In eo autem differentia conscientiæ sui, quæ per clari- *Monitum,* ras tantum, & quæ per distinctas repræsentationes fit, deprehenditur, quod anima, quæ per solas perceptiones claras con- scientiam sui exercuit, in aliud statum essentialiē delata, non amplius prioris status si sibi conscientia, quod secus se haberet in repræsentationibus distinctis. Cuius quidem rei exemplum qui- libet adulterus in se ipso animaduerit, dum nativitatis primæque infantiae nostræ, quo ex articulo claris tantum anima nostra instructa fuit paucarum rerum repræsentationibus non distinctis, nullam, nisi ex aliorum relatione, cognitionem possi- demus, postquam in repræsentationum distinctarum statum mens nostra cœcta est. Aliud simile Connor in Ewang. Me- dici pag. m. 133 seqq. suppediat exemplum pueri, decem cir- citer annos vati, in memoribus, ad Lithuaniae & Russiae con- finia sitis, a venantibus syluicolis inter gregem virorum cepti,

A 3

neque



4 CAP. I. DE ANIMÆ CHRISTI

neque rationis, neque loquela, neque vocis humanæ vsu gaudentis, pedibus manibusque incedentis, nihilque cum homine præter exterinam nudi corporis figuram commune habentis; qui morem vivendi humanum edocitus, verba quædam rauca & inhumana voce proferre incepit, interrogatus autem de sylvestris vitæ cursu non magis recordatus est, quam nos meminimus eorum, quæ acta sunt, quando in incunabulis vagiuimus. Quod ipsum exemplum docet, solas repræsentationes claras post introductum statum alium esse entiam, sc. repræsentationum distinctarum, non sufficisse ad status præteriti recordationem. E contrario quemadmodum recordatio nostra se porrigit usque ad illud tempus præteritum, quo in statum repræsentationum distinctarum peruenimus: sic anima helluonis, a corpore, quod olim gesserat, separata, status præteriti, dominus paternæ, fratrum, Lazarique, memor erat Luc. XVI, 24. 27. 28. Gauila enim erat statu repræsentationum distinctarum.

§. 5.

*Anima humana quid?* Ens, quod in nobis sui & aliorum sibi consicum, sed in repræsentationibus suis ad corpus adstrictum est, vocamus animam, vel mentem humanam. Omnis igitur anima humana distinctis vel saltim claris repræsentationibus prædicta sit oportet (§. 4.).

*Quo sensu anima ad corpus suum adstricta dicitur?*

*SCHOL. I.* Dum animam humanam in repræsentationibus suis ad corpus adstrictam esse dico, hoc uti verissimum, ita cum cautione capiendum est. Scilicet *anima in representationibus suis ad corpus suum adstricta* dicitur, quatenus sibi repræsentat tantum id, quod corpus ipsius adficit. Sed de sensationibus hoc valet, duce experientia, immediate, ut anima sibi repræsentet tantum ea obiecta, quæ corpus ipsius adficunt. Ergo in repræsentationibus sensationum anima immediate adstricta est ad suum corpus. E contrario quod ad alia repræsentationum genera attinet, in iis anima etenim tantum ad corpus suum adstricta est, quatenus sensationes reliquarum repræsentationum fons sunt,

## EXISTENTIA ET FACULTATIBVS NATVRALIBVS. 5

sunt, iisque occasionem suppeditant; de quo in Metaphysica copiosus est dicendum.

**SCHOL.** 2. Cur autem in definitione de anima humana additum determinationem hanc: *sed in representationibus suis ad definitionem corpus adstrictum*; eius ex ipsa de Christo doctrina ratio reddenda est. Nam diuinitas erat etiam in Christo ens, per quod sui & aliorum sibi erat conscientius. Aut igitur diuinitatem in Christo eius animam fuisse, aut restringendam esse definitionem, sequitur. At quia prius a veritate alienum est, dum alias duas in Christo animas fuisse sequeretur, posterius, habita Christi animæ ratione, est faciendum. Sed modo dicta determinatio efficit, quo minus diuinitas Christi nomine animæ ipsius possit denotari. Nam quamvis per diuinitatem Christus sit sibi conscientius, non tamen eadem in representationibus suis ad corpus Christi est adstricta, siquidem dum Deus omnia sibi semper possibilia simul & distinctissime representat (Th. Dogm. T. I. S. 547.), de Christo, quatenus verus Deus est (Th. Dogm. T. I. S. 786.), idem est affirmandum.

### §. 6.

Filius Dei incarnatus, h. e. cum humanitate personaliter *Christus* vñitus, dicitur *Iesus*, item *Christus*, vt. & *hominum Salvator* quid?

Luc. II. II. 30. Phil. III. 20.

**SCHOL.** 1. Definitio hæc potest ex Matth. XVI. 15. 16. 17. Confirmatio cognosci. Namque cum ipse Iesus, narratis antea aliorum de definitionis ipso opinionibus, ex discipulis suis, quem se dicant esse? vel, quod idem est, pro quoniam ipsum haberent? quereret, nomine apostolico Petrus, Christo adprobante, respondebat: *Tu (qui ut verus homo tecum iam loqueris) es Christus, Filius Dei viventis.* In qua quidem response, Iesum vel Christum esse Filium Dei, claris continentur verbis; quod autem Filius Dei incarnatus sit, exinde colligendum est, quod Petrus Christo, non ut Filio Dei tantum, sed ut homini simul, eandem responditionem dederit.

**SCHOL.**

*Incarnatio  
Et vno personalis in  
Christo  
quid?*

SCHOL. 2. Inter ea quemadmodum *incarnatio filii Dei* est *status*, quo Diuinitas Christi humanitatem secum vniuit (Theol. Dogm. T. II. S. 240.) , ita *vno personalis in Christo* est *status* Diuinitatis & humanitatis eius, quo ad unam ~~tertianam~~ personam constituendam concurrunt (Theol. Dogm. T. II. S. 223.).

## §. 7.

*Christus fuit  
sibi conscientius  
sui et alio-  
rum.*

Christus, quod se ipsum sanctificet, h. e. ad morem agni paschalidis, a reliqua grege segregandi Ex. XII, 3-6. ad magnum redēptionis opus perficiendum a reliquis hominibus quasi segreget, destinatque pro discipulis fidelibusque Joh. XVII, 19, quodque vitam suam ponat pro omnibus, h. e. non electis tantum Joh. X, 27. 28, sed omnibus hominibus Ies. LIII, 6. Hebr. II, 9, adserit Joh. X, 15. Quoniam igitur non potuit non cognoscere, se ipsum, tanquam sanctificantem se, vitamque ponentem, diuersum esse ab eis, pro quibus vitam ponat & se sanctificet, se ipsum ab aliis distinxit (§. 1.). Fuit igitur sui ipsius sibi conscientius (§. 3.). Pariter dum *panem* fregit, *vinum* autem dispensauit Matth. XXVI, 26. 27, eo ipso, quod rerum extra se unam, e. g. panem, diuersam ab altera, e. g. vino, sibi repräsentet, ostendit. Res igitur extra se a se in unicem distinguens (§. 1.), eorum etiam fuit sibi conscientius (§. 3.).

## §. 8.

*Christus fuit  
sibi conscientius  
animam suam,*

In Christo fuit ens sibi conscientium (§. 7.). At idem in repräsentationibus suis fuit ad corpus ipsius adstrictum, vt repräsentationes eius conformes essent mutationibus, corpori eius accidentibus; prout colapho percussus Ioh. XVIII, 22. 23, fame stomachum laborantem Matth. IV, 2. Marc. XI, 12, vel siti aridam factam linguam gerens Ioh. XIX, 28. sentie.

## EXISTENTIA ET FACULTATIBVS NATVRALIBVS. 7

sentiebat easdem corporis mutationes. Nam quod senserit, in primo & tertio casu ex verbis, in medio Marc. XI, 12, ex actione eius intelligitur. Veram igitur Christus gessit animam humanam (§. 5.).

**SCHOL.** 1. Idem ex alio etiam principio potest cognosci. *Argumen-*  
*Scilicet ut esset misericors, & fidelis pontifex in iis, que apud sum aliud.*  
Deum agenda forent, ad expiandum peccata populi, opus erat,  
ut per omnia aliis hominibus similis fieret, sed absque peccato  
Hebr. II, 17. IV, 15. VII, 26. Sed animam humanam gerere,  
nihil in se peccaminosi est, siquidem non solum nulla in eo est  
legis diuina transgressio, sed ipse etiam Deus in principio ani-  
mam hominis immediate creauit (Theol. Dogm. T. I. §. 968.);  
quidquid autem Deus fecit, id omne est valde bonum Gen. I, 31.  
Quocirca in eo etiam, ut animam humanam gereret, aliis homi-  
nibus Christus factus est similis,

**SCHOL.** 2. Accedit testimonium ipsius Christi, tempore *Adhuc*  
passionis dicentis: *τοιχίωντες ιερού ἡ ψυχή με τὸν διάβολον* Matth. XXVI, *aliud.*  
32. Marc. XIV, 34. Etiamsi enim ψυχὴ non animam solum, sed  
vitam etiam interdum denotet Ioh. X, 15, in hoc tamen loco &  
nulla, proprietatem litterae relinquendi, ratio est, & prædicatum:  
*τοιχίωντες* animam, non vitam in subiecto intelligendam esse, indi-  
cat. Nam tristitia ex numero affectuum est, qui proprie insunt  
menti vel animæ, non vitæ. Non igitur possimus non, animam  
Christo competere & tribuendam esse, ex hoc loco inferre. Nam  
eiuscunque anima est tristissima, ille non potest non animam  
habere.

**SCHOL.** 3. Quod autem ratio, cur præter corpus humanum *Monitum.*  
vera anima humana quoque Christo fuerit adsumenda & geren-  
da, in præstanta ab ipso satisfactione vicaria pro hominibus, &  
hinc in officio eius sacerdotali quærenda sit, leges in sequentibus  
§. 57. Sch. 2.

### §. 9.

Christus est Dei filius (§. 6.), & hinc ipse verus Deus *Christus du-*  
(Th. Dogm. T. I. §. 786.). At Deus per omniscientiam omnia plicem gessit  
*Carpov. de Anim. Cbr.* B sibi

*conscientiam sibi possibilia repræsentat simul distinctissime (Theol. Dogm. T.I. §. 547. 556.), adeoque omnium sibi rerum perfectissime est conscius (§. 4.); quocirca Christus etiam, vt Deus, omnium sibi rerum perfectissime est conscius. Duplex igitur Christo competit conscientia sui, altera qua diuinitatem, quæ infinita est, qua humanitatem altera (§. 7.), quæ, vt sequentia docebunt, est finita.*

*Error r̄w  
āψvzor.*

**SCHOL.** Errarunt igitur olim  $\ddot{\alpha}\psi\zeta\omega\iota$ , qui, vero licet corpore Christo tributo, animam tamen eius negarunt (§. 8.). Horum autem duas classes constituit B. Gerhard in Exeg. artic. loc. de Christo pag. m. 1211, primam eorum, qui fixerint,  $\lambda\dot{\nu}\gamma\omega\dot{\nu}$  adūmpſſe carnem  $\pi\alpha\tau\iota$   $\ddot{\alpha}\psi\zeta\omega\iota$ , omni anima etiam sensitua & vegetatiua deſtitutam, vt Ariani apud Socrat. lib. 2 cap. 45, qui id statuerint hoc fine, vt  $\tau\bar{v}$   $\pi\alpha\tau\iota$ , que in Scripturis Christo tribuntur, poſſent referre ad  $\tau\bar{v}$   $\lambda\dot{\nu}\gamma\omega\dot{\nu}$ , ac proinde negare, Christum eſſe verum Deum; Secundam eorum, qui disputatione,  $\lambda\dot{\nu}\gamma\omega\dot{\nu}$  affūmpſſe corpus viuens, b. e. anima vegetatiua & sensitua præditum, sed anima rationali deſtitutum, diuinitatem autem loco anima fuisse; quo refert Apollinarem, sociosque, qui animam Christo homini denegantes, diuinitatem eius in locum animæ humanæ ſuccellisse, poffim arbitrati ſunt. Nam & anima, a diuinitate diſtincta, Christus gauſlus eſt (§. 8.), et dupliči polluit ſui conscientia (§. 9.). Quin per ipſas quoque leges ciuiles hic damnatus error eſt. Etenim C. t. 1. l. 5. §. 2. Imperator: Simili modo (anathematizamus) Apollinarem animicidam ſeu psychophthoron, dicentem, dominum noſtrum Iesum Christum filium Dei et Deum noſtrum inanimem eſſe et confuſionem ſeu perturbationem ſuperducentem inhumanationi vnigeniti filii Dei, ſed et omnes, qui idem cum eis ſentiunt; quod repetitum eſt l. 6. §. 4. Eadem autem Christi animam facultate ſentiendi instructam fuisse, ſequentia oſcendent.

*Cogitatio  
quid?*

**Perceptio**, cuius ſumus nobis conſciī, dicitur cogitatio.

**SCHOL.**

## EXSISTENTIA ET FACULTATIBVS NATVRALIBVS. 9

SCHOL. Non de nihilo est, quam addidi, determinatio: cu- *An omnis ius sumus nobis conscientia.* Per hanc ipsam enim indicatur, non *pereceptio sit omnem perceptionem cogitationis nomine denotandam esse, sed cogitatio?* eam tantum, quæ cum conscientia sui est coniuncta. Vnde sequitur, repræsentationes obscuras, vt tales, non esse cogitationes, quoniam cum iis, vt talibus, nulla coniuncta est conscientia sui (§. 4.). Ex quo constat vterius, ens, meritis prædictum repræsentationibus obscuris, non recte ens cogitans adpellari.

### §. II.

Anima Christi non tantum rerum diuersarum repræsen- *Anima tationes (§. 7. 8.), h. e. perceptiones sibi formauit (§. 1.), Christi cogi-*  
sed etiam fuit earum sibi simul conscientia (§. 7. 8.). Anima igit- *tavit.*  
tatur Christi cogitauit (§. 10.). Videamus cogitationum eius pro diuersis ipsius facultatibus differentiam.

### §. 12.

Quidquid in corporis nostri organa sensoria agit, id vo- *Praesens no-*  
camus nobis *praesens* (Th. Dogm. T. I. §. 760.), et e contrario *bis, sensatio,*  
quidquid nobis *praesens* non est, *absens.* Repræsentatio au- *sensus quid?*  
tem in mente de re nobis *praesente* dicitur *sensatio*, prouti fa-  
cultas, sensations habendi, *sensuum* nomine venit.

SCHOL. Sensus nobis multa obiecta repræsentant simul. Sed *Monitum,*  
quo plura nobis obiecta simul repræsentamus, eo magis, expe-  
rientialte teste, repræsentatio totalis redditur confusa. Hinc fit, vt  
sensus, in se spectati, h. e. reflexione non accedente, confusam  
tantum cognitionem producant.

### §. 13.

Quia ab esse ad posse C. V. semper etiam ab actu ad facul- *Quot facul-*  
tatem agendi recte concluditur. Nam possibilitatem agendi *tares menti*  
*facultatis* nomine denotamus. Quot igitur actus diuersos in *tribuenda?*  
mente deprehendimus, tot diuersæ ei etiam *tribuenda* sunt  
facultates,

B 2

§. 14.

## §. 14.

*Anima Christi poluit sensatio-*  
*nibus et sensibus.*

Christus in anima sua gessit repræsentationes rerum, in corporis ipsius organa sensoria agentium. Videndo enim Matth. V, 1. VIII, 18. IX, 23. 36. oculi eius a radiis luminis, audiendo Matth. VIII, 10. IV, 12. IX, 12. XIV, 13. aures eius a motu aëris tremulo affectæ fuerunt, nec, quin in aliis sensationibus pariter corpus eius ab obiecto externo affectum fuerit, dubitari potest. Quoniam igitur anima ipsius gessit repræsentationes rerum sibi præsentium (§. 12.), sensationes in eadem adsuerunt (§. 12.). Sed a sensationibus ad facultatem sentiendi recte concluditur (§. 12. 13.). Hinc pariter facultas sentiendi animæ Christi est tribuenda.

*Quenam fuerit Christo sensationum regula?*

SCHOL. Eandem igitur animæ Christi regulam sensationum fuisse, quæ est nostræ, sc. quod postea in organo sensorio mutatione, ab obiecto externo producta, adsit eius in mente repræsentatio, dubitari nequit. Quamuis enim, Christum pro omnipotentia diuina efficere potuisse, ut obiecti externi, e. g. manus percipientis, organum eius sensorium sufficientis, non fuerit in mente eius repræsentatio, lubens fatear, non tamen de eo iam queritur, dum animam Christi in se, abstrahendo à diuinitate, hypostatice cum humanitate unita, contemplamur.

## §. 15.

*Imaginatio & phantasia quid?*

Quemadmodum repræsentatio in mente de re absente dicitur *imaginatio*, ita facultatem, imaginationes producendi, *phantasiam* adpellamus. Regula autem imaginationum, in mente producendarum, vti ex Metaphysicis constat, hæc est: *Duarum idearum, communionem inter se habentium, reproducta (vel per sensus, vel per phantasiam) una, reproducitur etiam altera.*

*Ideæ quando communio-*  
*nem inter se habeant?*

SCHOL. 1. Ideæ communionem inter se habere dicuntur, si quando conuenientia criteriorum in iisdem deprehenditur. Potest autem conuenientia criteriorum vel internorum, vel saltim externorum esse. Externorum criteriorum in duabus ideis conuenien-

## EXSISTENTIA ET FACULTATIBVS NATVRALIBVS. II

uenientia est, si eas eodem loco vel tempore, vel generalius sub iisdem circumstantiis rerum percepimus. Ita, si quando simul hominem vidi, sermonemque ipsius audiui, ideae de substantia ipsius, & de sermone, quem fecit, propter externorum criteriorum conuentiam habent in mente mea communionem; vnde per legem imaginationis fit, ut reproducta idea de substantia eius, idea de sermonibus ipsius reproducatur. E contrario *internorum criteriorum in duabus ideis conuentia est*, si quædam determinaciones, ipsam ideam ingredientes, cæque vel generales, vel speciales, in utraque idea sint eadem. Ita e. g. idea de temperantia & de iustitia habent inter se communionem, quatenus in utraque determinatio hæc, quod sit virtus, idea de Alessandro M. & de Iulio Cæsare habent inter se communionem, quatenus in utraque determinatio magni belli ducis deprehenditur. Testa autem experientia, in his quoque ita se res habet, ut, producata in mente una, vi legis imaginationis altera quoque soleat produci.

SCHOL. 2. Quantam dicta imaginationum lex utilitatem nobis præster, dici vix potest. Ut unius iam tantum mentionem faciam, sine imaginationis lege ne quidem fieri posset, ut loquendo nos inuicem intelligeremus. Annon ita nos inuicem intelligimus, ut, iunctis antea in mente ideis de re & eius nomine, auditio deinde vel lecto nomine, adeoque idea de eodem in mente reproducta, reproducatur simul idea de re ipsa? Ita vero propter communionem idearum, reproducta una, reproducitur simul altera (§. 15. Sch. 1.). At vero ut, communionem inter se habentium idearum reproducta una, reproducatur simul altera, sit per legem imaginationis (§. 15.). Sine lege igitur imaginationis ne quidem loquendo possemus nos inuicem intelligere. Plures eiusmodi usus alii sunt in phychologia explicandi.

### §. 16.

Christus dum a Iohanne baptismatis aqua lustrali iauabatur Matth. III, 13, sine dubio duas ideas, alteram de Iohannes persona, alteram de nomine eius coniunxit; vnde factum, ut duas idea illæ in mente eius communionem haberent (§. 15. Sch. 1.).

Sch. i.). Missis deinde a Iohanne captiuo ad Christum discipulis auditioque nomine Iohannis, idea de persona eius, licet absente, ita in mente Christi reproducebatur, ut multis laudem eius celebraret verbis Matth. XI, 2. seqq. Pariter cum Christus decem, quos viderat, sanasset leprosos, ex uno redente, gratiasque agente, quarebat: *vbi sint nouem?* Luc. XVII, 14. seqq. ex quo sequitur, ut reproducta in mente Christi de uno illo, quem denuo videbat, idea, reproductæ simq; sint de reliquis nouem, licet absentibus, idea, utpote qua communionem cum priore habebant (§. 15. Sch. i.). Quoniam igitur Christus representauit sibi, præsentibus sc. occasionem suppeditantibus, absentia, anima eius imaginationibus instructa fuit (§. 15.). Sed imaginationes actuales supponunt facultatem imaginandi (§. 13.), h. e. phantasiam (§. 15.). Hinc phantasia quoque animæ Christi est tribuenda.

## §. 17.

*Facultas fingendi quid?* Facultas, imaginationum partialium compositione prodicens nouam totalem, dicitur *facultas fingendi*.

*Quorsum pertineat?* SCHOL. Quoniam igitur per facultatem fingendi representamus nobis rem absentem (§. 12. 17.), facultas fingendi ad phantasiam est referenda (§. 15.).

## §. 18.

*An Christo ea competit?* In parabolis Christi ubique inuenimus imaginationes partiales ita compositas, ut noua rei absentis repræsentatio, h. e. imaginatio totalis inde fuerit orta. Ita, ne de aliis iam dicam, Matth. XXV, 1. seqq. idea virginum, lampadum, sponsi, olei, sapientiæ, stultiæ partiales ita a Christo compositæ fuerunt, ut noua imaginatio totalis, quæ est ipsa parabola elegantissima, inde produceretur. Facultas igitur fingendi Christo est tribuenda (§. 13. 17.).

SCHOL.

*SCHOL.* 1. Potest autem facultas fingendi duplice ratione exerceri, sc. & ita, ut in compositione imaginationum partialium & productione nouæ totalis respiciamus ad finem certum, ex quo cur has partiales, nec alias? cur ita, nec aliter componamus? ratio reddi possit; & ita, ut ad nullum eiusmodi finem respiciamus; in quo casu ex sola communione, quam ideæ in anima habent, ratio, cur sequens succedit priori, danda est. In priori casu fictionem cum ratione obiectiva, in posteriore sine illa factam esse, dicimus. Posterioris exempla in multis quietis imaginibus, a phantasia animæ tantum productis, deprehendimus. Nam dum insomnium, ut imaginatio totalis, ex multis partialibus compositum est, in sola communione ideæ sequentis cum præcedente in anima quærenda est ratio, cur anima a præcedente ad sequentem progressa sit hanc nec aliam. E contrario fictionem ponderantes mulieris sapientis 2. Sam. XIV, 5. seqq. cum ratione obiectiva eam factam esse, deprehendimus, quia omnia illius membra composta & tota adornata erat ad hoc, ut ad Absalom reuocandum Dauid & disponeretur & adduceretur. Simile exemplum legimus Iud. IX, 8. seqq. Nec fabulas Phædri ad hoc genus referentes, errabimus,

*SCHOL.* 2. Ad Christi parolas hæc adlicantibus, eas, in se & sine applicatione ad id, cuius significandi causa ornata fuerunt, spectatas, fictiones quidem esse, fatendum est (§. 17.). *Quales fuerint fictiones Christi?* Nam imaginationes partiales ita Servator composuit, ut noua totalis inde prodiret. Quærenti autem: vtrum cum, an sine ratione obiectiva compoſitio illa sit facta? cum illa quam maxime factam esse, respondeo. Quascumque enim legas perpendasque parolas, semper rem spiritualem, sub imagine corporearum latentem, inuenies, exindeque finem Christo certum, cuius obtinendi causa ita, nec aliter ideas partiales componuerit, propositum fuisse, percipies; id quod est fictionis, cum ratione obiectiva factæ, indicium (§. 18. Sch. 1.). Exemplis possunt esse parabolæ de semine, in diversi generis cadente terram Matth. XIII, 3. seqq. de zizaniis tritico immixtis v. 24. seqq. de grano finapis v. 31. seqq. reliquæ. Quibus addantur parabola de vinea Matth. XX, 1. seqq. de nuptiis filii regis Matth. XXII, 1. seqq. alia;

aliae. Neque summa sapientia Christi aliter nos iudicare patitur. Nam nisi parabolis Christi significatio mystica, in eaque latens ratio compositionis obiectiva subesset, mera fictiones essent, egregiam quidem fingendi artem, at nihil præterea, quod alicuius esset momenti, prodentes; quale docendi genus vel merum hominem sapientem dedecet.

## §. 19.

*Memoria  
quid?*

Facultas, ideas reproductas pro iis, quas olim habuerimus, agnoscendi, dicitur *memoria*.

*Eius aphan-  
tasia diffe-  
rentia.*

*SCHOL.* Memoria igitur amplius quid inuoluit, quam phantasia. Huic enim idearum olim perceptarum reproductionem tribuimus (§. 15.); illi vero non hoc tantum, sed etiam ut reproducta pro pristina agnoscatur.

## §. 20.

*Christus pol-  
luit memo-  
ria.*

Christus non solum ideas, quas mente olim gesserat, poterat reproducere (§. 16.), sed eas etiam pro iisdem, quas gesserat olim, agnoscet. Redeuntem enim gratiasque agentem Samaritanum agnoscet pro eodem, quem paulo ante sanauerat Luc. XVII, 14. seqq. Simile exemplum suppeditat inde a natuitate cœcus, quem visu donatum denuo reperiens Iesus cognoscet, & de fide in filium Dei, h. e. se ipsum interrogabat Ioh. IX, 6 -- 35. Non solum igitur phantasia, sed memoria etiam gauisa est anima Seruatoris (§. 19.).

*Monitum.*

*SCHOL.* Notatu autem est dignum, quod etiam si sensus, phantasia, memoria animæ Christi in Sacra Scriptura tribuantur, ne vnicus tamen, quantum equidem scio, adsit locus, in quo obliuionem ipsi tributam legamus.

## §. 21.

*Attentio, re-  
flexio quid?*

Conatus, ex representatione totali ynam partialem reflexio quid? quis clariorem efficiendi, dicitur *attentio*. Continuata au-

tem

## EXISTENTIA ET FACULTATIBVS NATVRALIBVS. 15

tem attentio ad entis varia nomine *reflexionis* venit. Vnde quicunque reflexione & facultate reflectendi pollet, is gaudet etiam attentione & facultate attendendi.

### §. 22.

In parabola de seminatore cum applicatione eius Matth. XIII, 3. seqq. 19. seqq. Christus, modo seminatoris, modo agri diuersarumque eius specierum mentionem faciens, vnum post alterum membrum sibi clarius ceteris repræsentabat. Quoniam igitur continuata attentio ad varia entis in mente Christi aderat (§. 21.), reflexione (§. 21.), &c., quod inde sequitur, facultate reflectendi polluit (§. 13.). Sed reflexio supponit attentionem, vti facultas reflectendi facultatem attendendi (§. 21.). Hinc nec attentione, nec facultate attendendi anima Christi caruisse dicenda est.

### §. 23.

Quisquis in repræsentatione totali vnam vel alteram partem præ altera negligit, is dicitur abstrahere. Facultas autem ita agendi nomine *facultatis abstrahendi* denotatur. Quoniam igitur vbi in repræsentatione totali vna partialis A. reliquis B. C. clarior efficitur, reliqua B. C. præ ista A. negliguntur, ob eamque rationem in attentione & reflexione omni aliæ repræsentationes præ aliis negliguntur (§. 21.), in omni attentione & reflexione locum simul habet abstractio.

### §. 24.

Anima Christi attentione & reflexione, ut & facultate attendendi & reflectendi gauisa est (§. 22.). Hinc nec abstractio, *Eadem com-*  
*petit animæ* illi est deneganda (§. 23.). *Christi.*

*Idque dupli-  
ci respectu.*

**SCHOL.** Facultatem abstrahendi duplice exercemus modo, primo, partem a toto, uti cum in Psychologia a corpore hominis nos abstrahentes, in animæ consideratione subsistimus, deinde vniuersaliorum notionem a specialiori, h. e. speciem ab individuis, genus a speciebus, genus superius ab inferioribus abstrahendo, de quo agitur in Logica. Vtroque respectu facultatem abstrahendi infuisse animæ Christi, haud difficulter percipitur. Nam posteriori respectu infuisse, constat ex notionibus vniuersalibus, quas animam Christi gessisse, in sequentibus demonstrabimus. Quod autem priori respectu etiam anima Christi gauisa sit facultate abstrahendi, ex facultate reflectendi, ei conueniente (§. 22.), patet. Nam qui per reflexionem attentionem suam ad varia entis continuare potest, is potest etiam in uno eorum, reliquis interea posthabitis, desigere; quod est ipsa abstractio (§. 23.).

### §. 25.

*Similia  
quid?*

Similia dicuntur, quæ eadem habent criteria vel notas characteristicas easdem. Similitudo autem est conuenientia criteriorum.

*Differunt ab  
equalibus.*

**SCHOL.** Similia probe distingui debent ab æqualibus, pariter ac similitudo ab æqualitate. *Æqualia* enim dicuntur, quæ eadem habent quantitatem: uti *æqualitas* conuenientia quantitatis est. Quoniam autem eadem duorum entium, e. g. viri et pueri possunt esse criteria, licet differantur quantitate, similia possunt, salua similitudine, quantitate inter se differre. Exemplo possunt esse Deus & primus homo. Nam Deus hominem similem habi quidem fecerat per creationem, sed non perfectionibus æqualem (Theol. Dogm. T. I. §. 1039. & ibid. Sch. 2.).

### §. 26.

*Ingenium  
quid?*

Facultas, similitudines rerum obseruandi, dicitur *ingenium*.

**SCHOL.**

## EXISTENTIA ET FACULTATIBVS NATVRALIBVS. 17

SCHOL. In facultate, rerum similitudines obseruandi, diuersi possibles sunt, et actu reperiuntur gradus. Nam vnum altero natura aptior solet esse ad similitudines rerum obseruandas. Vnde sit, vt, qui reliquos, similitudines rerum perspiciendi, facultate superant, præ reliquis ingenio prædicti esse dicantur, licet nec reliquis omne ingenium sit denegandum.

### §. 27.

In conuenientia criteriorum rerum diuersarum obseruanda versatissimus fuit Christus. Modo enim hominem, *luit ingenio doctrinæ suæ obsequentem*, cum viro prudente, domum suam *summo*. super petram ædificante, minus obsequentem cum stulto, qui super arenam domum suam struebat Matth. VII, 24. 26, modo Iudæos cum puerulis, se inuicem ad choreas & lacrymas provocantibus Matth. XI, 16, 17, modo regnum cœlorum cum homine sementem faciente Matth. XIII, 3. seqq. 24. seqq. cum thesauro abscondito v. 44, cum mercatore margaritam pretiosam inueniente v. 45, cum reti projecto v. 47. seqq. comparabat adeo, vt absque parabolis eum non docuisse populum, adserat Euangelista v. 34, & quemadmodum populares eius sapientiam eius audientes obstupescabant v. 54, sic nos etiam incredibilem Christi in comparisonibus rerum corporearum cum spiritualibus instituendis habilitatem, lectis Euangelistarum commentariis, satis mirari non possimus. Quoniam igitur facultas, similitudines rerum obseruandi, summa in Christo fuit (§. 25.), summo is quoque prædictus fuit ingenio (§. 26.).

SCHOL. 1. In gradu ingenii æstimando cum ad copiam similitudinum inuentarum vel inueniendarum, tum ad facilitatem eas inueniendi, denique ad ipsorum similium conditionem, pro qua vel magis vel minus ad rem alteram significandam & adumbrandam apta sunt, & similitudo eorum cum re altera vel mandum est.

minus in oculos incurrit, attendendum est. Nam pro omnibus his respectibus facultas, similitudines rerum obseruandi, quam ingenium adpellamus (§. 26.), est vel maior vel minor. Quidquid horum ad ingenium Seruatoris adplices, semper id summum fuisse, animaduerteret. Copia similitudinum, ab ipso datarum, tanta fuit, ut ipse Euangelista, Christum certo tempore *χριστοῦ παρεγένετο* non locutum fuisse ad populum, testetur Matth. XIII, 34. 35. Ne dicam, quod omnis historia Euangelica abunde eandem doceat. Quanta autem Christus gauisus sit similitudines formandi facilitate, docet locus Luc. X, 29 - 37. vbi legis perito quærenti: *τίς ιδει τον παντανεύοντα;* ex tempore Christus per elegantissimam parabolam, genuinam notionem continentem, respondebat. Denique ut multas similitudines Christus, de quibus nemo cogitasset, proposuit, ita quam accommodatae sint parabolæ eius, ad res spirituales significandas, ex applicationibus eorum constat, per multa sæpe membra continuatis. *Quod ex exemplis de seminarore Matth. XIII, 3 - 8. coll. 18 - 23. de zizaniis cap. XIII, 24 - 30. coll. 36 - 43.* aliisque est in aprico.

*SCHOL.* 2. Gradus ingenii magnus vel a natura pendet, vel ab exercitationibus, vel ab utroque simul. Vnde quod a sola natura datum est, *naturale*, quod per exercitationem adquisitum *artificiale ingenium* adpellare licebit. Enim vero Christus etiam si summo ingenio omni respectu fuit clarissimus (§. 27. Sch. I.), nulla tamen gauisus est institutione Ioh. VII, 15. neque hinc vis ingenii ipsius ab exercitio proficieti potuit. Quoniam igitur a sola peperdit natura, ingenium Christi fuit naturale tantum.

### §. 28.

*Quomodo  
orientur re-  
presentatio-  
nes distin-  
ctæ?*

Ex facultate reflectendi et abstrahendi potest possiblitas geneseos notionum distinctarum concipi. Etenim representationes distinctæ adsunt, vbi varia in totis a se inuicem distinguuntur (§. 2.). At dum per reflexionem, cumque illa coniunctam abstractionem (§. 23.) attentio ad varia entis continuatur (§. 21.), per eandem etiam varia in totis a se inuicem distinguuntur (§. 1.). Quocirca per reflexionem cumque illa

con-

coniunctam abstractionem repräsentationes rerum distinctæ adquiruntur.

### §. 29.

Anima Christi reflexione gauisa est (§. 22.), & abstractio- *Christus ges-*  
ne (§. 24.). Fieri igitur non potuit, quin distinctis repræsen- *ftr repræsen-*  
tationibus fuerit instructa (§. 28.). *tationes di-*  
*stinctas.*

*SCHOL.* Exempla repräsentationum distinctarum in mente *Exemplum.*  
Christi sermones ipsius sacratissimi vbiique exhibent. Memora-  
bile autem est illud de censu numismate Matth. XXII, 15. seqq.  
Dum enim Christus in eodem imaginem Cæsaris ab inscriptione  
distinguebat, discernebat varia in uno quodam toto, adeoque  
repräsentatio ipsius erat distincta (§. 2.).

### §. 30.

Facultas, possibilia distincte sibi repräsentandi, adpella- *Intellectus*  
tur *intellectus.* Quo quis igitur plura possibilia, vel quo di- *quid?*  
stinctius sibi repräsentat, eo maior est intellectus eius, pro  
actu sumptus.

### §. 31.

Anima igitur Christi gauisa est intellectu (§. 29. 30.). *an ille in*  
*Christi ani-*  
*ma?*

*SCHOL.* Admodum magnum Christi hominis intellectum fu- *Locus.*  
isse, ex ipsius etiam Euangelistæ testimonio discimus. Nam ta-  
meti doctorum Iudaicorum institutione, aliis obtingente, carue-  
rat Ioh. VII, 15. duodecim tamen annos natum dignum, cui  
inter docentes darent locum, iudicabant Iudaicorum sapientes,  
omnibus, qui sermones eius audiebant, ob *τὸν σύνετον* eius obstu-  
pescientibus Luc. II, 46. 47. Vox *σύνετος* enim, a *σύνειν* intelligo  
Matth. XV, 10, descendens, intellectum 2. Tim. II, 7. de Chri-  
sto autem adhibita & cum voce *ἀνέργειος* coniuncta, plurima Chri-  
stum distincte, ut mentem suam explicare posset, cognouisse,  
qua ob *τατις* imbecillitatem cognoscere non præsumebatur, de-

notat. Cum vero ætate iuuenili crescente crescat etiam vis mentis, virilem ætatem consecuti Christi summas intellectus vires fuisse, necesse est, postquam admodum iuuenis sagacitatem sapientissimi Iudaorum iam fuerant admirati.

## §. 32.

*Intellectus* Operationum intellectus sunt tres, aut, si maiis, quatuor, *operations* quarum prima in formatione notionum distinctarum, secunda *quot et que?* in comparatione notionum, h. e. in formatione iudiciorum, tertia in comparatione iudiciorum, h. e. in formatione ratiociniorum, quarta, quæ potest addi, in connexione ratiociniorum est posita.

*Exemplum,*

*SCHOL.* Dabo, vt plenius intelligatur, exemplum. Si mihi *Deum* cogitando repræsentem, pertinet hoc ad primam mentis operationem. Si comparatis inter se notionibus *Dei*, & *simplicitatis*, hanc illi conuenire intelligam, adeoque *Deum esse ens simplex* iudicem, pertinet hoc ad secundam mentis operationem. Si cum propositione: *Deus est spiritus*, coniungam alteram, communem cum illa terminum habentem: *Omnis spiritus est ens simplex*, & ob conuenientiam terminorum diuersorum, *Deus & ens simplex in uno tertio*, h. e. medio, inferam, *Deus est ens simplex*, ad tertiam hoc refertur mentis operationem. Denique si ratiocinando pergam: *Nullum ens simplex est materiale* & sub hac maiore subsumpta conclusione præcedente, inferam conclusionem nouam: *Deus non est materialis*, quartam hoc constituit mentis operationem, nisi forte *eam ratiociniorum combinationem* ad tertiam referre malis.

## §. 33.

*Christus omnibus instrutus fuit operationibus intellectus.* Christus polluit notionibus rerum distinctis (§. 29.). Pariter quia in terris versans, Euangeliumque hominibus prædicens, affirmauit alia, alia negauit, adeoque in mente formata de rebus iudicia verbis expressit, exercuit primam &que ac se-  
cun-

eundam intellectus operationem (§. 32.). At nec deficiunt in sacratissimis Christi sermonibus exempla, in quibus ex positis principiis conclusiones siue per unum, siue per plures syllogismos catenatos deriuauit; etiamsi iidem non in forma logica, sed materialiter tantum, ut docendi methodus apud Iudeos ferebat, sint expressi. Hinc operatio mentis tertia & quarta quoque humanitati Christi sunt attribuenda (§. 32.).

**SCHOL. 1.** Ut quæ de ratiociniis Christi dixi, exemplis confirmantur, unus & item alter locus euidentior in medium est pro. *Ratiociniorum Christi* ferendus. De diuinitate sua contra Phariseos disputaturus exemplum Matth. XXII, 41, seqq. questionem illis proponebat: qui fieri primum potuerit, ut David Meſſiam Dominum suum vocauerit, si filius eius fuerit tantum? quo ipso ita argumentabatur: *Quemcumque David, supremus populi sui monarcha, qui nullum preter Deum agnoscebat superiorem dominum suum vocat, ille est Deus;* quæ quidem maior, voce: dominus non pro mera honoris significatione, sed pro genuina dominii notione (Th. Dogm. T. I. §. 997.), ut fieri quidem debet (Theol. Dogm. T. I. §. 329.), sumpta, est veriſima. Sed Meſſiam, Iesum Nazarenum, Dominum suum David vocat Ps. C. 8, 1. Ergo Meſſias, licet sit filius Davidis verus, non tamen merus est, sed simul verus Deus; quod nullo modo infringere poterant sapientes Iudeorum argumentum.

**SCHOL. 2.** Pariter cum Iudei vitio ipsi verterent, quod se Secundum, cum Pater unum esse dixisset, ex quo illi, quod Deum se esse affirmaret, recte inferebant Ioh. X, 30, seqq. siquidem dum Pater essentiam vere diuinam possidet Ioh. XVII, 3. quisquis cum Patre unum essentia est, nec potest non verus Deus esse, a minori ad maius concludebat Christus conditionaliter: *Si magistratus nomine Deorum in S. Scriptura venit Ps. LXXXII, 6. multo magis ille, quem Deus Pater sanctificauit* (per æternam generationem ipsam sanctitatem essentiam), soli Deo propriam Theol. Dogm. T. I. §. 728. cum eo communicando Theol. Dogm. T. I. §. 814.) & in mundum misit (ut verem hominem Gal. IV, 4. hoc est, ipsis grandezas) recte & sine blasphemia se Deum vel filium Dei vocata.

vocat. Sed verum est prius, quia S. Scriptura frangi non potest.  
Ergo & posterius.

Tertium.

SCHOL. 3. Nec minus in ipsa magna passione sua coram sacerdotis tribunali constitutus, & iniuste a milite percussus argumento se defendebat Ioh. XVIII, 23, quod ad formam redactum tale dilemma constituit: Si percutiendus fui, aut ob bene, aut ob male dictum percutiendus fui. Sed non ob bene dictum, quia contra rationem est, ob bene dictum aliquem percutere; nec ob male dictum, quia me male dixisse probatum non est. Ergo plane non fui percutiendus.

Quartum.

SCHOL. 4. De numismate census interrogatus Matth. XXII, 17, seqq. respondebat per ratiocinium sequens: Cuiuscunque imaginem & inscriptionem Iudei in numismate gerunt, ei censum soluere obligati sunt; Sed Cesaris &c. Ergo &c. in quo quidem argumento minor ex inspectione oculari in aperto, maior autem a Iudeis concessa erat, quia illud ipsum pro signo habebant subiectoris.

Quintum.

SCHOL. 5. Discipulos suos, ad famem sedandam spicas velentes, ob eamque rationem profanationis Sabbathi a Phariseis accusatos, sequenti defendebat syllogismo: si David laicus panes propositionis, quos solis Sacerdotibus comedere licebat, edit sine peccato, discipuli mei Sabbatho spicas quoque vellunt sine peccato; cuius quidem consequentia inde, quod in utrisque par ratio, casus sc. necessitatis, ex fame ortus, adsit, appareat.

Sextum de  
disceptatio-  
ne eius cum  
Saducæis

& qua ani-  
mae immor-  
talitatem,

SCHOL. 6. Denique nec reticendus est, qui primum hic nominari debebat, locus, disceptationem Christo cum Sadducæis intercedentem exhibens Matth. XXII, 23, seqq. coll. Luc. XX, 27, seqq. vbi Christus ex eo, quod Deus Abrahami, Isaaci, Iacob per Ex. III, 6, non autem mortuorum, sed viuentium Deus sit (per concessum Sadducæorum), dari & animæ post mortem hominis immortalitatem, & mortuorum resurrectionem, inferebat. Nam non resurrectionem tantum Luc. XX, 27, sed negatis spiritibus, ab angelis diversis Act. XXIII, 8, animæ immortalitatem etiam negabant. Videamus autem, quomodo utraque argumentatio ex mente Christi in forma demonstrandi Mathematica debet institui:

DEFI-

DEFINITIO I.

1. Deus hominis cuiusdam. Deus esse dicitur, si eidem, veritate colenti, benefaciat,

SCHOLION.

2. Definitio hæc, quam supponit Christus, desumpta est ex Gen. XVII, 7. 8. vbi Deus sub veræ pietatis v. 1. & ab ea suppositæ fidei conditione Abrahamo promittebat, se ipsius & seminis eius Deum fore; cuius promissionis non potest aliis, quam hic, sensus esse, quod Deus Abrahamo & posteris ipsius benefactorus, beneficiisque ipsos cumulaturus sit, quorum statim aliquod, sc. possessio terra Canaan, nominatur. Eodem etiam sensu locutio illa occurrit Leu. XXVI, 12. Ez. XXXVII, 26. 27. 2. Cor. VI, 16.

DEFINITIO II.

3. Vis entis actiua constituit vitam eius.

COROLLARIUM.

4. Quoniam igitur omnis actio supponit vim agendi, per experientiam, omnis actio supponit in agente vitam (n. 3.).

THEOREMA.

5. Non potest Deus hominis cuiusdam Deus esse, nisi ille viuat.

DEMONSTRATIO.

Deum recte colere & beneficia ab illo accipere, sunt actiones, quod nemo in dubium vocabit. Quoniam igitur omnis actio supponit in agente vitam (n. 4.), quisquis Deum colit & beneficia ab illo accipit, is viuit. Sed cuiuscunque Deus est Deus, is Deum colit & beneficia ab illo accipit (n. 1.). Ergo cuiuscunque Deus est Deus, is viuit, vel, quod idem est, non potest Deus hominis cuiusdam Deus esse, nisi ille viuat.

## SCHOLION.

6. Hoc theorema, quod ita enuntiabat Christus: *Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium, addita simul, narrante Luca c. X, 38. ratione breui: Nam omnes (illi, quorum est Deus) viuunt ipsis (Deo), tacendo concedebant Saducæi,*

## COROLLARIVM.

7. Quoniam igitur Abrahami, Isaac, Iacobi Deus est Deus Ex, III, 6. Abraham, Isaac & Iacob viuunt (n, 5.).

## AXIOMA.

8. Quicunque ratione corporis est mortuus, & viuit tamen, ille viuit qua animam.

## SCHOLION.

9. Veritas axiomatis inde patet, quod haæ duæ sint tantum hominis partes essentiales, corpus & anima (Theol. Dogm. T. I, S. 973.).

## COROLLARIVM.

10. Abraham Gen. XXV, 8. Isaac Gen. XXXV, 29. Iacob mortui sunt ratione corporis Gen. XLIX, 33. & viuunt tamen (n. 7.). Ergo Abraham, Isaac & Iacob viuunt ratione animæ (n. 8.), idque semper, quia cur perdant quam habent vitam, ratio amplius non est.

## DEFINITIO. III.

11. *Immortalitas animæ est continuatio vitæ eius perpetua.*

## COROLLARIVM. I.

12. Quoniam igitur Abraham, Isaac & Iacob, corpore licet mortui, qua animam tamen perpetuo vitam continuant (n. 10.), anima eorum est immortalis (n. 11.).

CO-

COROLLARIVM II.

13. Quia anima Abrahami, Isaaci, Iacobi est immortalis (n. 12.), animæ etiam reliquorum omnium, in quibus paritas rationis est, sc. respectu fidei & vitæ sanctitatis, sunt immortales. Nam paritas rationis effectus quoque paritatem generat, quia ratio non est, cur effectus adsit disparitas.

SCHOLION.

14. Quamuis autem hoc argumentum, a Christo propositum, & ita iam euolutum, vt nervus probandi, qui multis obscuris visus est, evidentissime ante oculos positus sit, probet tantum immortalitatem animæ respectu piorum, id tamen ad Saducæos de errore conuincendos sufficiebat. Etenim dum Saducæi asserebant:

Nulla anima humana post mortem corporis est immortalis, propositione contradictorie illi opposita:

Quædam animæ humanæ sunt post corporis mortem immortales, legitime a Christo demonstrata, non potest non falsa esse prior. Contradictiorum enim uno vero, alterum semper falsum est.

Ostendamus porro, qua ratione Christus resurrectionem corporum quoque demonstrauerit. Scilicet ita series ratiociniorum surrectionem mortuorum formanda:

*Et qua re-  
surrec-  
tionem  
mortu-  
rum,*

EXPERIENTIA.

I. Homo constat corpore & anima, vt partibus essentialibus.

COROLLARIVM.

2. Hinc Abraham quoque, Isaac & Iacob, vt homines, constiterunt corpore & anima (n. 1.).

AXIOMA.

3. Simpliciter dictum simpliciter intelligendum est, quam diu ratio restrictionis sufficiens non potest allegari.

## SCHOLION.

4. Veritatem huius axiomatis ostendi in Theol. Dogm. T. I.,  
§. 330.

## COROLLARIUM I.

5. Quoniam igitur Deus se vocat Deum Abrahami, Isaaci & Iacobi  
simpliciter & sine restrictione ad alterutram partem ipsorum essen-  
tialel Ex. III, 6. אֱלֹהִי אֶבְרָהָם אֱלֹהִי יַעֲקֹב וְאֱלֹהִי יַיִשְׁעָה, nec ratio restrictionis sufficiens potest allegari, simpliciter & sine  
restrictione ad alterutram partem essentialē est intelligendum  
(n. 3.).

## COROLLARIUM II.

6. Deus igitur est Abrahami, Isaaci, Iacobi Deus non qua ani-  
mam tantum, sed etiam qua corpus (n. 2. 5.).

## COROLLARIUM III.

7. Pariter dum Deus se Deum Abrahami, Isaaci, Iacobi vocat  
sine restrictione ad certum tempus Ex. III, 6, qua omne tempus  
etiam, de quo restricō probari nequit, pro Deo Abrahami, Isaaci  
Iacobique est habendus (n. 3.).

## COROLLARIUM IV.

8. Deus igitur pro Deo Abrahami, Isaaci, Iacobi, qua corpus  
ipsorum, etiam respectu omnis temporis, de quo restricō probari  
nequit, est habendus (n. 6:7.).

## SCHOLION.

9. Studiose dico: *respectu omnis temporis, de quo restricō probari nequit.* Nam quod ad tempus præsens, quo mori tem-  
porali obnoxii sunt, attinet, non potest respectu illius Deus Abra-  
hami, Isaaci, Iacobi, qua corpus spectatorum, actu Deus dici.  
Etenim cuiuscunque Deus est Deus, is vivere debet (n. 5. dem.  
præc.). Sed qua corpus spectati iidem iam non vivunt. Vnde  
qua

qua corpus spectatorum Deus praesenti tempore Deus actu nequit esse. Plane dispar est autem temporis præteriti & futuri ratio. De præterito dubium nullum est Gen. XVII, 7. Futurum autem tempus si excludendum esse omne Saducæis visum esset, probandum ipsis fuisset, quod nullo tempore futuro victuri essent, qua corpus spectati, Abraham, Isaac & Iacobus (n. 5. dem. præc.). Id quod probare quidem erant nisi, sed conatu irrito, dum sufficiens argumentum ipsorum, ut nihil, quod exciperent, superesset, a seruatore iam erat solutum.

### COROLLARIVM V.

10. Deus Abrahæ, Isaaci, Iacobi, qua corpus spectatorum, tempore futuro Deus est futurus (n. 8. 9.).

### DEFINITIO.

11. Actus, quo homo mortuus rursus viuus redditur, dicitur *resuscitatio ex morte.*

### SCHOLION.

12. Resuscitatio igitur ex morte inuoluit 1. vt, redita corpori vi actiua, illud iterum viuum reddatur, 2. vt instauretur commercium inter corpus animamque, cum corpore redunitam. Nam qua animam homo non moritur (n. 13. demon. præc.). Vita autem hominis vitam animæ, corporis & totius suppositi inuoluit (Theol. Dogm. T. I. §. 967.).

### THEOREMA.

13. Datur quorundam hominum resuscitatio ex morte.

### DEMONSTRATIO.

Deus Abrahæ, Isaaci, Iacobi, qua corpus spectatorum, tempore futuro Deus est futurus (n. 10.). Sed non potest Deus alicuius Deus esse, nisi ille viuat (n. 5. dem. præc.). Ergo Abraham, Isaac, Jacob, qua corpus spectati, tempore futuro viuent. Quoniam igitur iam qua corpus sunt mortui (n. 10. dem. præc.),

necessæ est, ut qua corpus rursus viui reddantur, quo facto commercium quoque inter animam & corpus, ne duo sint Abrahami, Isaaci, Iacobi, restituendum est. Ergo Abraham, Isaac, Jacob ex morte sunt resuscitandi (n. 11. 12.). Et quia parium pars est ratio (n. 13. dem. præc.), alii etiam homines, quorum, habito ad fidem sanctitatemque respectu, pars est ratio, ex morte resuscitabantur.

## COROLLARIVM.

14. Resuscitatio ex morte inuoluit ex eadem respectu hominis resurrectionem. Datur igitur quorundam hominum ex morte resurreccio (n. 13.).

## SCHOLION.

15. Quæ in demonstratione præcedente n. 14. notata fuerunt, hic etiam sunt adplicanda.

Ita si enucleemus argumentum Christi, vti enucleandum est, maximam in eo, licet breuissimo, sapientiam latere, nemo non debet confiteri.

*Septimum,  
quod vero  
implicitum  
est.*

SCHOL. 7. Quemadmodum vero, ad tertiam quartamque operationem mentis, quæ in Christo fuit, sanctissima confirmandam, vim argumentorum eius ostendimus in eiusmodi casibus, in quibus ipse Christus rationem dedit adsertorum: ita nec hoc reticendum est, quod talia quoque effata Christi, quæ sine addita ratione aut pronuntiata, aut saltim ab Evangelistis breuiter tantum narrata sunt, ad fundamenta sua possint referri, modo debitam attentionem adhibentes, notiones omittas ex mente loquentis substituamus. Ex quo qua ratione Christus, saltim per mentis agitationem, ratiocinatus sit, potest intelligi. Quod pariter exemplis confirmare, expediri. Matth. V, 32. & XIX, 9. Christus, proteruie Iudeorum in dimittendis vxoribus propter leuem quamcumque causam se opponens, tres propositiones enunciavit: 1. qui dimittit vxorem, excepta ratione scortationis, is facit eam adulterari; 2. qui dimittit uxorem, excepta ratione scortationis, & dicit aliam, is adulteratur; 3. qui dicit uxorem,

sine

sine ratione scortationis dimissam, is adulteratur. Nulla harum sui fundamento caret. Suppone enim definitionem adulterii, quod sit concubitus cum persona aliena; poteris omnes tres exinde propositiones rite deriuare. Faciam periculum de prima. Concludendum est ita: *Quisquis auctor est concubitus, ab uxore sua cum alieno suscepti, is auctor est adulterii, ab uxore sua commissi*; per definitionem datam adulterii. Sed maritus, dimitens uxorem sine causa scortationis factae, auctor est concubitus, ab uxore sua cum alieno suscepti; quia expulsa a marito priore sustentationis causa tacere non potest, quin nubat, data occasione, viro alii. Ergo maritus, dimitens uxorem sine causa scortationis factae, auctor est adulterii, ab uxore sua commissi. Nec dissimili modo ex data definitione ceteras conclusiones facile deducuabis.

SCHOL. 8. Pertinent ad hancce classem etiam beatitatem, a *Ostauum.*  
Seruatoꝝ Matth. V, 1. seqq. propositæ, vt pote quæ pariter omnes ex definitionibus principiisque aliis suppositis deduci possunt. Ostendam id iam tantum de prima v. 3: *pauperes spiritu sunt beati*, quia regnum cœlorum est ipsorum. Suppone hic definitionem beatitatis, nec Philosophia ignotam: beatitas est progressus ad plures & maiores perfectiones. Suppone definitionem de paupere spiritu, quod pauper spiritu sit, qui caret iustitia coram Deo. Distingue pauperes spiritu in eos, qui non agnoscunt paupertatem spiritualem Apoc. III, 17. & eos, qui agnoscunt sc. viua agnitione. Voca hos posteriores *pauperes spiritu nraꝝ iezuꝝ*, quia & re tales sunt, & qua agnitionem suam. His positis, poteris per soritem ita concludere:

*Quisquis nraꝝ iezuꝝ pauper spiritu est, ille agnoscit defectum iustitie coram Deo, sc. cognitione viua;*

quod constat ex definitione data.

*Quisquis defectum iustitiae sua coram Deo agnoscit sc. viua cognitione, ille querit alienam;*

Nam nisi voluntas ad alienam iustitiam querendam moueretur, agnitus paupertatis spiritualis non viua, sed mortua esset (Theol. Dogm. T. I. §. 376.).

*Quisquis alienam iustitiam coram Deo querit, ille in Christum credit;*

Nam

Nam nulla ad illam obtainendam via data est præter fidem in Christum, quod constat ex principiis Theologicis (Theol. Dogm. T. II. §. 1043.).

*Quisquis in Christum credit, ille regni gratiæ & gloriæ fit ciuius;*

quod demonstrauit Theol. Dogm. Tom. II. §. 505. seq.

*Quisquis regni gratiæ & gloriæ ciuius fit, is ad plures & maiores perfectiones progreditur;*

Nam ciuitas regni gratiæ & gloriæ est summa hominis spiritualis & æterna perfectio,

*Quisquis ad plures & maiores perfectiones progreditur, ille est beatus,*  
per datam definitionem.

*Ergo quisquis n̄ar̄ īēox̄ pauper est spiritu, ille est beatus.*

Eodem modo reliquis etiam, ut fieri potest, euolutis & summam intellectus Christi perspicaciam & doctrinarum eius profunditatem solidam distincte perspicies.

### §. 34.

*Cognitio singularis & vniuersalis quid?*

*Quomodo vniuersalis adquiratur?*

*Cognitio*, quæ notionibus indiuiduorum constat, dicitur *singularis*; quæ notionibus vniuersalibus, *vniuersalis*. Dicitur autem *notio vniuersalis*, quæ competit pluribus, & ad eandem speciem & genera pertinere, ex logicis notum est.

*SCHOL.* Quia *species*, vt singularium vel indiuiduorum similitudo, criteria indiuiduorum eadem seorsim sumendo, & reslinquendo diuersa, *genus*, vt similitudo specierum, criteria specierum eadem seorsim sumendo & diuersa relinquendo, adeoque species æque ac genus per abstractionem formatur (§. 23.), idem de notionibus vniuersalibus assertendum est (§. 34.). Et quia cognitio vniuersalis constat notionibus vniuersalibus (§. 34.), eandem quoque abstractionis ope adquiri, sequitur. Formata autem per abstractionem cognitione vniuersalium qua notiones, ex notionibus vniuersalibus oritur cognitio vniuersalium qua propositiones, pariter ac ex notionibus singularibus propositiones singulares sunt. Nam ex notionum compositione propositiones resultare, in confessu est.

### §. 35

§. 35.

Cognitio Christi constituit modo notionibus individualibus, *An viraque  
competierie  
Christo ho-  
mini?*  
vti dum sibi representabat numisma census Matth. XXII, 19. Iohannem baptistam Matth. XVII, 12, 13, modo universalibus, vti dum diuersas auditorum verbi species, quae omnes sub genere auditorum verbi continentur, sibi representauit Matth. XIII, 19. seqq. Quemadmodum vero notiones Christi mode singulares fuerunt, modo universalis, sic propositionum, ab ipso formatarum, non dispar ratio est; id quod ex lectione sermonum eius sanctissimorum statim in oculos incurrit. Cognitio igitur Christi fuit & singularis & universalis (§. 34.).

SCHOL. Quoniam autem cognitio universalis abstrahendo *Monitum,*  
adquiritur (§. 34. Sch.), nec deficit Christi animæ facultas ab-  
strahendi (§. 24.), per eandem etiam ipsum cognitionem sibi  
universalium formasse, pariter ac nos, concludimus.

§. 36.

*Cognitionem*, qua nobis res representatius per signa e. g. *Cognitione in-  
tuitionis &  
symbolica  
quid?*  
verba, vocamus *symbolicam*; qua sine illis, *intuitionem*.

SCHOL. Sic e. g. in sensationibus locum habet cognitione intuitionis, quia in illis res nobis immediate sine signis interuenientibus representare solemus. Sed potest etiam interdum in imaginationibus obtainere, vti in insomniis res sece habere solet. *Exempla  
intuitionis.*

§. 37.

Christus dum in variis prædicationibus suis ope verborum *An viraque  
competierie  
Christo ho-  
mini?*  
veritates cœlestes hominibus proposuit, sine dubio per verba etiam easdem sibi representauit. Polluit igitur cognitione rerum symbolica (§. 36.), licet nec intuitionam ipsi denegatam velimus (§. 36. Sch. & §. 14.). Atque ad cognitionem symbolicam in Christo variæ quoque parabolæ, quibus & sibi ipse representauit & aliis proposuit veritates cœlestes, referenda vi-

*Carpov. de Anim. Chr.*

E

den-

dentur. Nam res corporeæ, in iis enarratæ, sunt ut signa, per quæ res spirituales sibi aliisque delineavit.

*Monitum.*

*SCHOL.* 1. Non autem facimus cum iis Scholasticorum, qui, inde ab humanitatis origine Christum visione Dei beatificæ, vel, quod idem est, cognitione Dei intuitua gaudium, & exinde impeccabilitatem Christi hominis deriuandam esse, sibi persuaserunt. Nam etiam si impeccabilitatem Christi hominis lubenter concedamus, visio tamen Dei beatifica futuræ magis, quam præsentis vitæ est *i. Cor. XIII. 12.* Tribuimus quidem Christo homini, in terris adhuc degenti, multarum rerum cognitionem intuitivam, at non tam de Deo, qualis est beatorum, angelorum (*Theol. Dogm. T. I. §. 1287.*), & hominum (*I. c. §. 1442.*), sed eatenus tantum, quatenus & nos multa intuitiue cognoscimus. Neque ad impeccabilitatem Christi hominis defendendam opus esse, vt ei in hac vita tribuatur visio Dei beatifica, ex alibi a me dictis potest intelligi (*Theol. Dogm. T. II. §. 197. 342. seqq.*).

*Aliud.*

*SCHOL.* 2. Quæ ceteroquin Pontificii de quintuplici Christi hominis cognitione fingunt magis quam adserunt, de illis vid. *B. Gerhard in Exeg. Loc. de Christo p. m. 1470. seq.*

§. 38.

*Intellectus*

*Intellectus purus* dicitur, qui non nisi distinctas repræsentationes gerit; e contrario, in quo distinctis repræsentationibus mixtae sunt confusæ, *impurus* adpellatur.

*Exemplum*

*puri.*

*SCHOL.* Exemplum intellectus puri in Deo solo deprehendimus, vt pote qui omnia possibilia distinctissime sibi repræsentans (*Theol. Dogm. T. I. §. 147.*), non nisi distinctis rerum omnium repræsentationibus gaudet.

§. 39.

*Qualis fue-*

*rit Christi in-*

*selectus?*

Christus homo polluit sensationibus (*§. 14.*). Sed sensus in se obiecta nobis repræsentant confuse (*§. 12. Sch.*). Distinctis igitur repræsentationibus Christi (*§. 29.*) confuse admixtae fuerunt;

## EXSISTENTIA ET FACVLATATIBVS NATVRALIBVS. 33

runt; quocirca intellectus mentis Christi hominis impurus fuit,  
non purus (§. 38.).

### §. 40.

Facultas , multa in eodem obiecto distinguendi , dicitur *Acumen acumen.* Vnde quo quis plura potest in eodem obiecto di- quid?

stinguere , eo maiori pollet acumine ; quo pauciora , eo mi-  
nori.

### §. 41.

Christus facultate admodum magna , multa in eodem ob- *An Christus*  
iecto distinguendi , polluit. Ita enim non solum in parabo: eo polluerit?  
lis , e. g. de seminatore aliisque eiusmodi , sed etiam in prin-  
cipiis concludendi multa saepe perspexit , quæ aliis ne in men-  
tem quidem venirent. Quis enim in assertione Dei , qua  
Deum Abrahami , Isaaci Iacobique se dixit esse , principium &  
pro animæ immortalitate & pro resurrectione mortuorum de-  
monstranda latere , vnquam sibi persuasisset? Et hoc est tamen ,  
quod ex disputatione Christi aduersus Saducæos discimus (§. 33.  
Sch. 6.). Maximo igitur Christus polluit acumine (§. 40.).

*SCHOL.* Acumini mentis coniuncta est eius *subtilitas* , quæ est *Monitum de*  
facultas non multa tantum , sed etiam minuta in ente distinguen- *subtilitate.*  
di ; vt e. g. qui eiusmodi rerum perspicit differentias , ad quas  
ceteri caligant , subtiliter disputare dicitur. De huius natura &  
præstantia , occasione data , pluribus egi in Programmate , quod  
*Subtilitas , simplicitate non expugnata , specimen prius dixi §. I,*  
seqq. Quemadmodum autem acumen , sic subtilitatem quoque  
summam menti Christi infuisse , ex modo dictis percipitur §. 41.

### §. 42.

Facultas , nexus possibilium perspiciendi , dicitur *ratio* , *Ratio quid?*  
sc. *subiective spectata* , quæ opponitur *objiective spectata* , quæ est  
ipse veritatum nexus. *Nexus autem rerum* est illa earum ad  
se inuicem relatio , vt vna habeat in se rationem alterius , *Quo-*  
niā

niam autem ope ratiociniorum nexus veritatum, vt possibilium, perspicitur, siquidem eorundem ope cognoscimus eam propositionum ad se inuicem relationem, per quam præmissæ continent in se rationem conclusionum, per ratiocinia sese exserit ratio.

## §. 43.

*Christus ga-  
uisus est ra-  
zione,*

Christus ratiocinatus est (§. 33. Sch. 1. seqq.). Perspexit igitur nexus, inter veritates, vt possibilia, intercedentem (§. 42.). Hinc ratio etiam animæ Christi est tribuenda (§. 42.).

*eaque natu-  
rali summa,*

*SCHOL.* Ratio vel naturalis tantum est, vel per subsidia Logica exculta, testeque experientia usus rationis in homine longe maiorem adquirit gradum, vbi natura arte subleuatur, quam vbi ad solam naturam res redit. Quoniam autem Christus, more aliorum hominum non institutus Ioh. VII, 15. nulla arte excusat rationem, & nihilominus in exercitio eius fuit versatissimus (§. 33. Sch. 1. seqq.), summum rationis naturalis gradum in Christo fuisse, inde elucet.

## §. 44.

*Facultas co-  
gnoscitiva  
inferior &  
superior  
quid?*

*Facultas cognoscitiva inferior* dicitur, qua confusa tantum; *superior*, qua distincte nobis possibilia repræsentamus. Intellectus igitur, & quæ inde resultat, ratio (§. 33. 42.) pertinent ad facultatem cognoscitivam superiorem (§. 30.). E contrario dum sensus, in se spectati, confusam tantum cognitionem producunt (§. 12. Sch. ), sensus pertinent ad facultatem cognoscitivam inferiorem. Et quia imaginationes ex sensationibus oriuntur, siquidem phantasia nobis non repræsentat nisi obiecta, sensibus olim vel totaliter vel partialiter percepta (§. 15. 17.), phantasia cumque illa coniuncta memoria pariter ad facultatem cognoscitivam inferiorem referri debent.

## §. 45.

## §. 45.

Anima Christi dum sensibus (§. 14.), phantasia (§. 16.), An vtraque memoria (§. 20.), intellectu (§. 31.), ratione, vt primarias anime Christantum facultates nominem, fuit instructa (§. 43.), gauisa est si competit facultate cognoscitua inferiore æque ac superiore (§. 44.). *tat?*

*SCHOL.* 1. De cetero variaz sunt quoque intellectus perfectio-nes, quas virtutes intellectuales veteres Philosophi adpellarunt, intelligentia, h. e. habitus, primas sibi rerum ideas recte formandi, scientia, h. e. habitus, adserta ex indubuis principiis recte demonstrandi; sapientia, h. e. habitus, ad finem bonum media conuenientia eligendi; prudentia, h. e. habitus, media bene electa recte ad actum deducendi; ad quod pertinet inter cetera, vt in casu dubio celeres consilii simus; ars, h. e. habitus, viribus mentis corporisque opus quoddam conficiendi; de quibus in Philosophia pluribus agendum est. Addi autem illis potest ingenium, acumen, subtilitas, alia.

*SCHOL.* 2. Nulla harum perfectionum menti Christi defuit *An omnes sanctissimæ.* De ingenio, acumine, subtilitate dictum in præ-dentibus (§. 27. 41.). Intelligentiam eius ex eo, quod tam vniuersalibus, quam singularibus rerum notionibus gauisa sit (§. 35.), colligimus (§. 45. Sch. I.). Scientia ex modo argu-mentandi Christi tam efficace, vt acerrimi hostes ad silentium semper redigerentur (§. 33. Sch. 1--8.), elucet (§. 45. Sch. I.). Sapientiam summam Christus in omni præconiorum serie (Theol. Dogm. T. II. §. 448. 449.) demonstravit. Scilicet finis ipsi propositus erat optimus, vt homines ad fidem in se, vt promissum mundi Seruatorem, adduceret. Quem vt obtineret, primo legem diuinam rite explicabat, non externam tantum, sed exactissimam quoque internam obedientiam isthac postulari, ostendens Matth. V, 20. seqq. Nam ex hoc ipso homines, non posse se obedientiam perfectam praestare, neque hinc per legis opera, vel per iustitiam propriam saluari, agnoscere debebant. Præparatis sic hominibus ad Euangelium suscipiendum proponebat deinde se ipsum, hominum Saluatorem Matth. XI, 28. 29, seque esse promissum Messiam, infinita miraculorum copia confirmabat Matth. XI, 3. 6. Qua via quotquot pertinaciter non resistebant,

*Quenam  
sunt virtutes  
intellectus?*

ad fidem in ipsum poterant adduci. Quemadmodum sic igitur mediis vsls est ad finem obtinendum conuenientibus, adeoque ipso facto sapientiam suam demonstrauit (§. 45. Sch. 1.), ita nec prudentiae specimina in vite eius historia deficiunt. Scilicet omnium maxime Christus eandem in soluendis quæstionibus ambiguis, & ex veraque parte captiosis, ostendit. Exemplo potest esse casus de muliere, in adulterio deprehensa, vbi sententiam Christi, quid de illa agendum sit? insidiose hostes scilicetabantur Ioh. VIII, 3. seqq. Dicto enim, quod impunitas danda sit adulteræ, vt falsum doctorem, Mosi aperte repugnantem, ipsum accusassent. Dicto vero, quod lapidibus obruenda sit, populum sine dubio aduersus eum, vt iudicem nimis severum, conciuissent. Ast uno effato Christus insidias effugiebat, dicens: quisquis vestrum a peccato (præuae libidinis) immunis est, primus lapidem in eam coniiciat v. 7. seqq. Simile exemplum præbet quæstio de censu numeris in insidiosa Matth. XXII, 15. seqq. Denique nec sine artibus fuit Christus. Eloquentia ipsius habitum artis oratione, non quidem seruiliter ad regulas vulgares, attamen ad res ipsas accommodatae, ostendit. Quantopere in disputandi arte eminuerit, toties animaduertimus, quoties discepcione cum hostibus legimus congregantem. Non tantum enim obiecta aduersiorum rite soluebat Matth. XXII, 23-30, sed etiam interdum per retrorsum disputabat ita, vt pudefacti hostes obmutescerent Matth. XXI, 23-27. XV, 2. seqq. Quæ omnia summamentis Christi præstantiam produnt luculentissime.

## §. 46.

*Appetitus*

*quid & quo-* Inclinatio ad bonum cognitum dicitur *appetitus*, vel *no-  
runtas in sensu generali*, prouti reclinatio a malo cognito auer-  
satio, vel *noluntas in sensu generali* dicitur. *Appetitus*, ex con-  
fusa boni repræsentatione ortus, *sensitius*; ex distincta, *rati-  
onalis* appellatur. Quoniam autem ad confusam repræsen-  
tationem referuntur sensus phantasiaque cum memoria (§. 44.),  
*appetitus*, ex repræsentationibus illorum ortus, *sensitius* est.  
E contrario *appetitus*, ortus ex repræsentationibus intellectus  
ratio-

rationisque, est rationalis (§. 30.). Par est, mutatis mutandis, auersationis sensitivæ & rationalis ratio.

## §. 47.

Vehemens mentis mutatio, orta ex repræsentatione multorum bonorum vel malorum simultanea, dicitur *affectus*. *Affectus quid?*  
Quoniam autem ex repræsentatione boni appetitus, ex mali repræsentatione auersatio oritur (§. 46.), vehemens illa mentis mutatio, in affectu deprehensa, vel vehemens appetitus erit vel auersatio vehemens. Et pariter dum affectus ex multorum bonorum vel malorum repræsentatione oriuntur, copia autem repræsentationum simultanearum in mente humana producit confusionem, non male hoc sensu affectus ex repræsentationibus confusis oriri dicuntur.

## §. 48.

Dum anima Christi a repræsentationibus confusis non immunis fuit (§. 39.), fieri potuit, ut bonum etiam vel malum sibi confuse repræsentaret. At ex confusis boni vel mali representationibus ortus appetitus vel auersatio dicitur sensitivæ (§. 46.). Appetitui igitur sensitivo auersationique sensitivæ in Christo locus fuit.

*SCHOL.* Exempla eius evidentia in historia Evangelica reperi-  
mus. Duma enim fame laborans cibum Matth. IV, 2. Marc. XI,  
12. siti autem confessus potum appetebat Ioh. XIX, 28. appeti-  
tus hic erat sensitivus. Oriebatur enim ex ingrata sensatione,  
ad corpus in utroque casu relationem suam habente. Huc etiam  
referri debet, si quando Christus, ut *calix passionis ipsum transi-  
ret, volebat* Matth. XXVI, 39. Ita enim a passione subeunda  
aversatio ex repræsentatione summorum, quos perpeti debebat,  
dolorum, ut maximi mali, a quo natura humana, ut talis, abhor-  
ret, oriebatur.

## §. 49.

## §. 49.

*In Christo affectus fuerunt,* (§. 48.) Dum appetitus sensitius & auersatio sensitiva fuit in Christo affectus, non enim sunt affectus, nisi vehemens appetitus sensitius vel auersatio sensitiva (§. 47.).

*gaudium*

SCHOL. i. Exempla affectuum, Christo in Euangelistarum scriptis tributorum, copiose deprehendimus. Lætitia, tristitia, amor, misericordia, desiderium ex numero affectuum sunt, vti ex psychologia in aperto est. Hi autem animi motus Christo & pro eodem quidem, quem philosophia docet, significatu tribuntur. Luc. X, 21. *Christus rā mūpari h. e. tota mente exsultasse & Patrem celebrasse* dicitur, ideo, *quod hac* (sc. doctrinam euangelii) *occultauerit sapientibus & intelligenibus* (Iudeorum, quibus tam humili gaudere Messia & per eundem saluari, scandalo i. Cor. I, 23. & propter neglectum istum salutari cognitione Euangelii carendum erat), & *detexerit* (per cognitionem salutarem) *ea infantibus* (mente, h. e. fide simplice tenentibus, nec alto supercilio reiicientibus). Quemadmodum autem, gaudio Christum affectum fuisse, ex his verbis evidentissimum, ita eodem, quem philosophia docet, sensu ei gaudium tribui, ostendendum est. Gaudium est magnus gradus voluptatis, ortus ex multitudine vel magnitudine bonorum cognitorum. Christus dum gaudebat, cogitabat de manifestatione euangelii salutari, simplicibus facta, cuius ope vt non resistentes ad fidem salutemque deducendi erant. Homines autem ad fidem & salutem duci, & fini Dei ultimo, manifestationi perfectionum diuinarum Eph. I, 3-6. & intermedio, qui hominum salus est, conueniens & *hic bonum est*, quia quidquid fini conueniens est, *bonum appellatur*. Ex boni igitur representatione, vti cum essentia gaudii conuenit, gaudii affectus ille in Christo ortus est, intensissimaque *gloriægaria* Christi efficiebat, vt gaudium in exultationem commutaretur. Evidem non satis curate perpensis verbis Euangelistarum, de illo etiam gaudius fuisse Christus dici posset, quod Pater occultauerit veritatem Euangelicam Iudeorum sapientibus; quæ tamen non bona fuerit occultatio. At primo non potest locutio hæc Christi de simplici occultatione intelligi, Nam non simpli-

## EXSISTENTIA ET FACVLATATIBVS NATVRALIBVS.

simplicibus tantum, sed omnibus & hinc Iudæorum sapientibus quoque Christus euangelium prædicabat, disputans, vbi opus erat, cum Pharisæis scribisque, doctrinæ ipsius reluctantibus. Non igitur alia intelligi potest, quam permissa occultatio, hoc sensu, quod Deus, sapientes Iudæorum, doctrinæ euangelicæ malitiose refragantes, ad cognitionem veritatis salutarem non peruenire, permiserit. Deinde dum illæ in inscita perseverantia malitiosa fini Dei intermedio, de omnium salute promouenda 1. Tim. II, 4. aduersa, & hinc in se mala erat, non poterat principium gaudii in mente Christi esse, vt pote quem lacrymis potius obdurationem Iudæorum prosecutum esse novimus Luc. XIX, 41. 42. Pro his igitur principiis, gaudio Christi ad posterius tantum membrum relato, hic erit verborum eius sensus: Gloriam tibi tribuo, Pater, Domine cœli & terræ, quod, dum doctrinam euangelicam qua salutarem cognitionem occultatam finis esse sapientibus & intelligentibus pro sua persuasione talibus istamque repudiantibus, simplicibus, mente obsequiosa recipientibus, eam detexeris. Quam locum habere posse explicationem, ex simili loco Paulino Rom. VI, 17. constat, qui, gratiarum actione patiter ad posterius tantum membrum relata, ita intelligendus est: *Gratias ago Deo, quod, dum servi fuissem peccati, ex animo obsecui fueritis typo doctrine.* Non enim pro eo, quod servi peccati fuisse olim Romani ad Christum conuersi, gratias Deo agere poterat Apostolus. Ceterum memoratu non est indignum, quod, quamvis gaudium Christo tributum legamus, nullus tamen Euangelistarum, vñquam risisse Christum, narrat. Etiamsi enim risus cum gudio connexus esse soleat, grauitati tamen sive, risui indulgere, sine dubio repugnans esse Christus indicauit,

SCHOL. 2. Tristitia Christum correptum fuisse, legimus Ioh. XI, 33. 35. & Matth. XXVI, 38. coll. Marc. XIV, 34. Ioh. XII, 27. Est autem tristitia magnus gradus tædii, ortus ex multorum magnorumque malorum repræsentatione. Et quamvis in loco priore tristitia non claris verbis Christo tribuatur, *videns* tamen Mariam, Lazarum defunctum fratrem deplorantem, commouisse se ipsum (*trāgūdē havrō*) & lacrymasset dicitur; vnde dum lacrymæ tristitiae animi adiunctum sunt, commotio illa animi pro textus coherentia non alia, quam ipsa tristitia est, maxime cum naturæ Carpol. de Anim. Chr.

F

humæ

humanæ ita conueniens sit, ut amici lacrymæ nobis quoque lacrymas exprimere soleant. E contrario in locis posterioribus ipse sibi Christus summum tristitiae gradum tribuit, πειλαυτίς ἡμῶν, inquiens, Ιησοῦς τοῖς θεατάρες vbi quidem tristitiae intensio non solum ex particula πειλή, in compositione significatum intendeatur, sed ex addito etiam τοῖς θεατάρες cognoscitur, utpote quod non tantum protensu ratione temporis, sed intensu etiam ratione gradus capiendum est, ne significatus verborum S. Scripturæ sine necessitate restringatur (Theol. Dogm. T. I. S. 330.). Omnium enim hominum peccatorum omnium culpam cum sibi iam ferendam esse cognoscet, infinita sane sibi, ut ad se pertinentia, mala repræsentauit; vnde non poterat non summum tedium, quod que cum eo connexum est, summa tristitia oriri.

Misericordia.

**SCHOL. 3.** Tristitia de malo alterius misericordia appellatur. Tali Christum misericordia commotum esse legimus Matth. IX, 36. XIV, 14. XV, 32. Modo enim famem, modo morbos ægrotorum populi, quorum utrumque malum erat, cognoscens, & de ea sedanda, de his autem sanandis sollicitus, auersationem suam a malo populi ostendebat. Sed auersatio ex tedium oritur, magnusque gradus tedium nomine tristitiae denotatur. Misericordia igitur Christo tributa fuit tristitia de malo, quo laborantem videbat populum.

Amor.

**SCHOL. 4.** Pariter amoris affectus Christo erga Martham, Mariam, fratremque Lazarum tribuitur Ioh. XI, 5. 36. *Amor* est appetitus ad voluptatem, ex perfectione entis capiendam; vnde sequitur, imperfectionem eius, quod vel quem amamus, nos auferari. Ita vero Iudei ex eo, quod mortem Lazari lacrymis Christus prosequeretur, ad amorem huius in illum recte argumentabantur. Lacrymis enim auersationem suam ab imperfectione Lazari, quam moriens subierat, testabatur.

Desiderium.

**SCHOL. 5.** Nec sine desiderii affectu Christum fuisse, ex ipsis verbis Luc. XXII, 15. cognoscimus. Est autem desiderium tedium, ex mora in bono obtinendo perceptum. Christus autem dum rebementer se desiderasse dicit, ut pascha ultimum, h. e. quo ritus paschalilis V. T. ut sacramentalis finiendus erat, cum discipulis comedederet, non aliud potest indicare velle, quam quod ex mora,

mora, ante diem paschalem interposita, dum ante diem statum comedere non licet Ex. XII, 6. tedium percepit.

*SCHOL.* 6. Denique affectu indignationis quoque corruptum fuisse Christum, legimus Ioh. XI, 33. 38. Vbi quidem, dum in loco priore, quod ob Lazari mortem illa in mente eius suborta, at non aduersus quem directa fuerit, legitur, non male rem exponunt, qui, aduersus diabolum, communem generis humani hostem, qui iniqua seductione sua & primos parentes &c cum illis omnes eorum posteros naturaliter propagatos morti obnoxios fecit (Theol. Dogm. T. I. §. 1231.), illam directam fuisse, afferunt. Loco autem posteriore indignatio illa directa erat aduersus Iudeos calumniatores v. 37. qui ex eo, quod Christus Lazarum, admodum sibi dilectum v. 5. mori suisset, ad impotentiam illius, hunc sanandi & a mortis violentia liberandi, indeque ulterius ad falsitatem miraculi de visu coeco restituto concludebant; at sine mora interposita, Lazaro ex morte resuscitato, rubore perfundebantur. Quemadmodum autem *indignatio* est auersatio a malefacto alterius, sic in utroque casu eiusmodi auersationem in Christo deprehendimus. Ex his reliqua de affectibus Christi hominis facile poterunt explicari.

### §. 50.

Anima Christi compos fuit cognitionis distinctæ (§. 29.). *Appetitus & auersatio* præsentaret. At appetitus, ex distincta repræsentatione boni *rationalis in Christo*, rationalis, & auersatio, ex distincta mali repræsentatione orta, pariter rationalis appellatur (§. 46.). Appetitui igitur pariter ac auersationi rationali fuit in Christo locus.

*SCHOL.* Ita appetitu rationali voluit Christus suorum salutem *Exempla*. Ioh. XVII, 24. & decreto diuino de morte vicaria pro hominibus, tristissima licet, subeunda se submittere Matth. XXVI, 39. Vtrumque enim distincte cognovit ut bonum, prius, quatenus salutem suorum voluntati bonitatique, &c, quod inde sequitur, gloriae Dei conformem, posterius, quatenus non aliud, quo salus hominibus adquiri posset, remedium esse, perspiciebat.

## §. 51.

*Libertas &  
spontaneum  
quid?*

Facultas, ex pluribus contingentibus sponte eligendi, quod placet maxime, dicitur *libertas*. *Spontaneum* autem, vbi principium agendi in ipso agente est, appellatur.

*Monitum.*

*SCHOL.* Scilicet libertas amplius quid inuoluit, quam spontaneitas. Ad spontaneitatem enim, vt in ipso agente principium agendi deprehendatur, sufficit, vnde machinæ etiam, libertate licet destituta, sponte tamen agere dicuntur. At libertas facultatem deliberandi, & motuis perpensis ad illud seipsum determinandi, quod amabilius est, licet per essentiam naturamue nulla ad illud determinatio adsit, inuoluit.

## §. 52.

*Christo com-  
petit liber-  
tas.*

Antequam Christus magnam passionem subiret, aderant ipsi ex vtraque parte motiu patiendi & non patiendi. Ad patiendum ipsum mouebat non amor tantum erga genus humanum, cui nullum aliud auxili remedium supereesse nouerat, sed æternum etiam decretum diuinum, cui sese subtrahere nefas putabat esse Matth. XVI, 23. E contrario a passione subeunda ipsum reuocabat dolorum summa & infinita intensio, a qua natura humana per se non potest non abhorre Matth. XXVI, 39. Ex his duobus autem cum totius generis humani reparationem pro maiori bono haberet, quam declinationem imperfectionis propria Ioh. XI, 50. si, propter eandemque rationem posteriori præferret, ex boni autem maioris, vt talis, repræsentatione maior oriatur complacentia, id, in quo maiorem complacentiam gessit, elegit, idque ex deliberatione propria, h. e. ita, vt principium agendi in ipso agente esset. Quoniam igitur in Christo homine fuit facultas, ex pluribus, quorum vnum æque ac alterum in se esse poterat, h. e. contingentibus, sponte quod maxime placebat eligendi, libertas ipsi est tribuenda (§. 51.).

*SCHOL.*

## EXSISTENTIA ET FACULTATIBVS NATURALIBVS. 43

SCHOL. Hinc est, quod Christus, neminem se vita priuare, Locus.  
sed se vitam suam ponere a se ipso, h. c. secundum proprium ar-  
bitrium suum, adferat Ioh. X, 18.

### §. 53.

Facultas appetitiua inferior dicitur, quæ ex boni repræ- Facultas ap-  
sentatione confusa, superior, quæ ex distincta oritur. Appeti- periitiua in-  
tus igitur sensitiuus, & auersatio sensitiua cum affectibus per- ferio & su-  
tinent ad facultatem appetitiuam inferiorem (§. 46.), appeti- perior quid?  
tus & auersatio rationalis ad superiorem (§. 46.).

### §. 54.

Christus non solum appetitu sensitiuo, auersationeque An vtraque  
sensitiua (§. 48.), cum affectibus (§. 49.), sed rationali quo- competat  
que appetitu & auersatione fuit instructus (§. 50.). Facultas Christo ho-  
igitur appetitiua non inferior tantum, sed superior quoque ei mini?  
competit (§. 53.).

SCHOL. Posita igitur demonstrataque de Christi anima & fa- Error Mono-  
cultate appetitiua superiore & inferiore (§. 54.), manifestus est theletarum.  
error Monotheletarum, vnam tantum voluntatem, ex diuinitate  
resultantem, Christo olim tribuentium.

### §. 55.

Dum anima Christi facultate cognoscitiua inferiore & su- Anima Christi  
periore (§. 45.), pariterque facultate appetitiua inferiore & si fuit nostra  
superiore fuit instructa (§. 54.), sed iisdem facultatibus nostra similis.  
quoque pollet anima humana, teste experientia, anima Christi  
cum nostra easdem habuit notas characteristicas. Anima igitur  
Christi nostra in omnibus illis facultatibus essentialibus fuit  
similis (§. 25.).

### §. 56.

Ens A dicitur enti B ομοίωσις, si eandem cum ipso habeat Ens alteri  
essentiam. Potest autem eandem vel numero, vel specie, vel ιδεών quid?

genere essentiam cum altero habere. In primo casu *ens A* dicitur *enti B numero*, in altero *specie*, in tertio *genere* *ομογένιον*.

*Exemplum  
ομορφιας numericae SS. Trinitatis suppedi-  
mat mysterium.*

*SCHOL.* Exemplum *ομορφιας numericæ SS. Trinitatis suppedi-*  
*tat mysterium. Patrem enim cum filio & utrumque cum Spiritu S.*  
*eandem numero essentiam diuinam habere, veritas est explorata*  
*(Theol. Dogm. T. I. §. 810.).*

### §. 57.

*Anima Christi-  
si est nostra  
specie ομορφιας.*

Omne existens est individuum (per princ. Met.). Cum igitur anima Christi existenterit (§. 8.), pariter ac nostra existit, illa pariter ac nostra est individuum. Sed inter animam Christi & nostram similitudo intercedit facultatum essentialium (§. 55.). Est igitur similitudo, inter Christi nostramque animam intercedens, similitudo individuorum. Similitudo autem individuorum dicitur species (§. 34. Sch.). Vnde vltius sequitur, animam Christi cum nostra eandem specie essentiam habere. Hinc anima Christi est nostræ specie ομορφιας (§. 56.).

*Cur hoc no-  
tandum sit?*

*SCHOL. 1.* Veritas hæc propter veritatem humanae Christi naturæ demonstrandam notanda venit. Nam dum essentia humana non corpus tantum, sed animam etiam inuoluit, vt verum Christum hominem fuisse agnoscamus, opus est, vt non corpore tantum nostro simili, sed & anima ομορφια nostra prædictum eum fuisse cognoscamus. Sed hoc vltimum est, quod in præcedentibus qua omnes facultates essentiales demonstrauimus. Quantum autem fidei momentum in vera Christi humanitate agnoscenda possumus sit, ex Hebr. II. 17. 18. potest concipi. Etenim si Christus non est verus homo, frustra pro Vicario hominum, in salute his adquirenda, habetur (Theol. Dogm. T. I. §. 25.).

*Solutio ob-  
jectionis ad-  
uersus ani-  
mam Christi  
essentiam,*

*SCHOL. 2.* Antequam autem huic capiti colophonem impo-  
nam, obiectioni, contra animam Christi existentiam, postquam  
superiora iam typis excusa erant, ab amico quodam per litteras  
formatæ, paucis satisfaciendum est. Ita autem ille: *Si Christus  
nec vt Deus in se, nec vt homo opus habuit anima humana, pla-  
ne nulla ei fuit anima humana, quia animam Christo tribuendo*  
*fine*

sine ratione entia multiplicarentur. Antecedens qua prius mem-  
 brum probat inde, quia in se Deus non gerat corpus, anima au-  
 tem non sit, nisi cum corpore humano unius spiritus; qua poste-  
 rius autem membrum inde, quia diuinitas pro definitione vulga-  
 ri de anima loco anima potuerit esse, & cur siādēxos dicatur  
 Christus exinde possit cognosci, quod diuinitas, ut anima, ad cor-  
 pus assumptum pertinuerit. At quamvis, Christum, ut in se De-  
 um, non equis sit anima humana, concedatur, negamus tamen,  
 quod nec ut homo eadem opus habuerit. Nam quisquis Vicar-  
 ius hominum, ad satisfactionem pro iis actiuam passiuamque  
 praestandam, futurus erat, ille veram adsumere debebat humani-  
 tatem (Theol. Dogm. T. I. §. 25.). Filio igitur Dei, quatenus ho-  
 minum Vicarius erat futurus, ut veram humanitatem adsumeret,  
 opus erat. Sed vera humanitas non corpus tantum, sed & ani-  
 mam rationalem & virtusque commercium inuoluit. Hinc non  
 corpus tantum humanum, sed & anima rationalis, commercio  
 cum corpore gaudens, ei fuit adsumenda. Dicam id clarius. Sa-  
 tisfactio actiuia, a Christo praestanda pro hominibus, inuoluebat,  
 vactiones liberas ad legem diuinam perfectissime conformaret. Id  
 enim ab homine postulabatur. Sed actiones liberae non motus  
 tantum corporis, sed inclinationes quoque animae inuoluunt. Similiter  
 satisfactio passiuia vicaria, ut dolorem ab hominibus  
 proper peccata sustinendum sustineret, postulabat. Sed dolor  
 ille non corpore tantum, sed maxime etiam anima preferendus  
 erat ab hominibus. Solutio enim continui in corpore non est  
 dolor, nisi accedat repräsentatio tædiosa. Neque igitur actiuam,  
 neque passiuam Christus sine anima humana praestare potuisset  
 satisfactionem. Sed illam ex decreto diuino pro hominibus præ-  
 stare debebat (Theol. Dogm. T. II. §. 28.). Qua de causa ut non  
 corpus tantum humanum, sed animam etiam humanam, eamque  
 rationalem adsumeret gereretque, erat necessarium. At diuini-  
 tatis, inquis, & illas sanctas voluntatis inclinationes in actiuia,  
 & tædio plenissimas repräsentationes in passiuia satisfactione ge-  
 rere potuit. Fingamus ita esse! Non sunt tamen munia diuini-  
 tatis & humanitatis in Christo confundenda. Humanitatis fuit,  
 actiones & passiones vere humanas & hinc ex corporis & animæ  
 coniunctis viribus præstitas, quales quidem ab homine præstan-  
 dæ

dæ fuissent, præstare, diuinitatis autem, valorem infinitum addere, vt ab vno præstitum perinde, ac si ab omnibus præstitum esset, posset reputari. At anima deficiente, nec actiones nec passiones vere humanas potuit præstare Christus, quibus diuinitas adderet valorem infinitum. Ita vero nexus, qui inter veritatem animæ Christi & satisfactionis eius intercedit, simul evidenter perspicitur.

## CAPVT II.

## DE IMAGINE DEI IN CHRISTI ANIMA.

§. 58.

*Qualis fuerit cognitio Christi?* Non solum Christus quidquid ad facultatem cognoscitiam pertinet, in summo possedit gradu (§. 14 -- 45.), sed gauisus est etiam cognitione actuali Dei Patris Ioh. VI, 46. XVII, 25. Matth. XI, 27. Luc. X, 22. filii, h. e. sui ipsius quam naturam alteram Ioh. VIII, 14. 23. seqq. X, 30. seqq. Spiritusque S. Ioh. XV, 26. h. e. totius SS. Trinitatis diuinæ, adeo, vt nemo Deum Patrem ita, vti filius, agnoscere dicatur Matth. XI, 27. Luc. X, 22. ipseque eandem nobis cognitionem optimè exposuerit Ioh. I, 18. Ex quo patet simul, quod non vt Deus tantum, sed vt homo etiam insigni illa Dei Trinunius cognitione fuerit gauisus. Nam vt homo quoque homines de Dei cognitione erudiuit. Hac autem Dei cognitione insigni præditus, non potuit non cognitione voluntatis diuinæ etiam pollere. Non enim satis Deum cognoscit, qui voluntatis diuinæ ignorantia laborat. Et quia voluntas Dei fertur non nisi in bonum, malum autem ei auersioni est (Theol. Dogm. T.I. §. 579.), boni malique cognitione etiam Christus homo fuit instructus. Estat autem hæc in Christo cognitio Dei, Trinitatis,

tis, voluntatis diuinæ bonique & mali expeditissima; id quod non solum ex egregio eius specimine, duodecimo ætatis anno cum sapientissimis Iudæorum disputando edito Luc. II, 46. 47, sed ex omnibus etiam reliquis sermonibus & disceptationibus, sine prævia meditatione & deliberatione extemplo sapientissime institutis, adparet.

*SCHOL. 1. Voluntas diuina, quatenus ad hominis actiones refertur, est vel legalis, vel Euangelica, quarum illa propriam ab homine obedientiam perfectam, hæc fidem in Vicarium postulat, si vult saluari (Theol. Dogm. T. II. §. 447.). Vtramque Christo homini perspectissimam fuisse, manifeste exinde, quod vtramque rectissime mortales docuerit, sequitur. Quod enim ad voluntatem Dei legalem attinet, sensum legis diuinæ, a Phariseis scribisque corruptum, & ad solos actus externos bonos committendos, omittendos malos relatum, a peruersoribus vindicauit, præter externam internam quoque, eamque exactissimam obedientiam Deum exigere, ostendens. Ita e. g. nondum satisfacere præcepto quinto, qui a cæde externa, nec sexto, qui ab actu adulterii externo se abstineat, sed nec iram vel odium internum aduersus socium gerendum, nec prava libidini, vel concupiscentiæ mentis, etiamsi in actum externum non crumpenti, locum dandum esse, docuit Matth. V, 21, seqq. Quod maxime in docendi erant, qui legis operibus saluari se posse, falso sibi persuadebant. Pariter huc pertinet, quod falsam doctrinam eorum, qui statuta maiorum legi diuinæ præferebant, detexerit & coercerit Matth. XV, 1, seqq. Marc. VII, 3, seqq. At nec defuit euangelicæ voluntati Dei hominibus annunciatæ, dum se ipsum, ut verum Messiam promissum Ioh. IV, 25. 26. X, 24. 25. & fidem in se, tanquam salutis obtainendæ viam, commendauit Ioh. III, 14. 15. 16. VI, 29. 47. §4. XI, 25. 26. adhortando & obligando nil infectum relinquens, quod ad homines ficeret convertendos Matth. XI, 28. XXIII, Confer. Theol. Dogm. T. II, §. 448. 449. Ex his omnibus autem, quanta fuerit Christo cognitio voluntatis diuinæ de his, quæ ad hominum salutem pertinent, perspicitur.*

*Carpov, de Anim. Chr.*

G

*SCHOL.*

*Monitum de  
Christi ho-  
minis Theo-  
logia ectypa  
& arche-  
typa.*

*SCHOL.* 2. Potes autem ex dictis intelligere, quo sensu Christo homini Theologia ectypa tribuatur. Scilicet Theologia ectypa appellatur scientia de Deo & religione, qua in creaturis est intelligentibus (Theol. Dogm. T. I. §. 359.). Cum igitur anima Christi pariter ac tota eius humanitas (Theol. Dogm. T. II. §. 188. Sch. 3.), vera fuerit creatura, fulgentissima hæc Dei rerumque diuinarum cognitio, quippe formaliter & in se spectata animæ Christi competens, fuit Christi hominis Theologia ectypa. Quæ quidem ab archetypa probe distinguenda est. Nam illa Christo homini competit formaliter & in se; hæc vero Diuinitati eius quidem in se & formaliter inest (Theol. Dogm. T. I. §. 359. 786.) at humanitati communicative tantum & propter unionem personalem, quia non alia ratione omniscientia, cuius est consequens (Theol. Dogm. T. I. §. 360.), ei potest tribui (Theol. Dogm. T. II. §. 339. 331.).

### §. 59.

*Cognitio ha-  
bitualis b. l. h. l.  
quid?*

*Illustratio.*

*Cognitio*, qua quis sine adhibita industria pollet, dicitur habitualis b. l. h. l. habitualis.

*SCHOL.* Exemplum eiusmodi cognitionis habitualis in Adamo recens creato deprehendimus. Is enim pariter cognitionem Dei rerumque diuinarum, vt & naturalium moraliumque, licet non suo studio industriaque adquisitam, sed a Deo sibi concretam possidebat (Theol. Dogm. Tom. I. §. 1017. seqq.).

### §. 60.

*Eam Christus  
possedit.*

Christus non erat aliorum hominum more S. Scripturam edoctus Ioh. VII, 15. Nihilominus maxima & expeditissima Dei vnius & Trini rerumque diuinarum cognitione, cum vel nondum ex ephebis excessisset, excellebat adeo, vt nemo non sapientiam eius miraretur Ioh. VII, 15. Marc. VI, 2. Luc. II, 47. (§. 58.). Gauisus est igitur earum rerum cognitione habituali (§. 59.).

### §. 61.



## §. 61.

*Quisquis hominum propagatur naturaliter*, ille peccato *Voluntatis originis infectus est Ioh. III, 6.* (Th. Dogm. T. I. §. 1330. seq.). *Christi con-*  
*Hinc quia Christus, ne eodem commaculatus esset, sine semi-* *ditio,*  
*ne conceptus natusque est virili Luc. I, 31. seqq. Matth. I, 20,*  
*immunis etiam fuit a labe illa originaria.* Absente autem  
*peccato originali*, ab omni etiam peccato actuali, originalis  
*principiato*, alienissimus fuit 2. Cor. V, 21. Hebr. IV, 15. VII, 26,  
*volens faciensque semper*, quod voluntati diuinæ conueniens  
*erat Ioh. IV, 34. VI, 38. adeo ut voluntatem diuinam pro præ-*  
*cepto habuerit sanctissimo Ioh. X, 18. XV, 10, & ad mortem*  
*crucis vsque patri cælesti obedientem se præbuerit Phil. II, 8.*  
*Sed Deus non potest velle nisi bonum* (Theol. Dogm. T. I.  
 §. 579.). Hinc quemadmodum Christus non solum rationis  
 ope (§. 43.), sed per cognitionem habitualem quoque quid  
 bonum vel malum sit? cognouit (§. 58. seqq.), ita voluntas  
 Christi etiam semper ad bonum, idque verum, fuit directa.  
 Namque dum bonum apparens reuera malum est, apparentia  
 appetendo mala appetiisset.

*SCHOL.* Dum voluntatem Christi semper ad bona vera, ad *Monitum de*  
 appetendum vero vel mala nunquam directam fuisse, dixi, pertinet *avocatrix*  
 huc doctrina de *avocatrix* Seruatoris optimi. Est autem illa & *Christi,*  
*inhesua & communicativa.* Illa dicitur, quam humanitas Chri-  
 sti habuit in se spectata, hæc quam ex vnione cum Diuinitate  
 personali, pendenteque hinc communione idiomatum diui-  
 norum. De illa Theol. Dogm. Tom. II. §. 197. de hac vero I.  
 c. §. 342. seqq. vberius actum, nec non utraque ex principiis  
 suis recte demonstrata est.

## §. 62.

*Voluntas*, quatenus non nisi bonum appetit, dicitur *san-* *Voluntas*  
*cta;* quatenus autem actus suos ad regulam suam accommo- *sancta & re-*  
*dat, recta.* *cta quid?*

An sancta  
voluntas sit  
recta?

SCHOL. Facile hinc perspicis, voluntatem hominis, si sancta est, simul rectam esse, sanctamque a deo & rectam voluntatem ratione potius, quam re differre. Nam regula voluntatis, data homini a Deo, haec est, ut adpetamus bonum. Quaecunque igitur voluntas non nisi bonum adpetit, illa actus suos ad regulam suam accommodat. Vnde sequitur, sanctam voluntatem actus suos ad regulam suam accommodare (§. 62.). Cum igitur voluntas, actus suos ad regulam suam accommodans, sit recta (§. 62.), sancta voluntas est etiam recta. Sed alio respectu sancta, alio recta appellatur, ut definitiones datae indicant (§. 62.).

### §. 63.

An voluntas  
Christi homi-  
nis talis?

Exempla  
virtutum  
Christi.

Voluntas igitur Christi fuit semper sancta (§. 61. 62.), & quia diuina voluntate non poterat ipsi regula actuum voluntatis præstantior esse, ad eandem autem Christus homo semper accommodauit voluntatis suæ actus (§. 61.), voluntas Christi etiam fuit rectissima (§. 62.).

SCHOL. Quam sancta & recta fuerit voluntas Christi, varia docent virtutum ipsius moralium genera. Ostendit enim 1) singularē in Deum patrem reverentiam & pietatem Ioh. VIII, 49. precando modo & supplicando Luc. VI, 12. Ioh. XVII, Matth. XXVI, 39. modo gratias agendo Matth. XI, 25. XXVI, 30. Marc. VIII, 6. modo suam voluntatem voluntati ipsius submitendo Matth. XXVI, 39. 2) iustitiam, censem magistratu non subtrahendo Matth. XVII, 27. nec vilum mortalium lādendo Ies. LIII, 9. 3) benignitatem, eleemosynas pauperibus, quamquam ipse pauper erat 2. Cor. VIII, 9. Luc. IX, 58. erogando Ioh. XIII, 29. 4) humilitatem Matth. XI, 29. publicanos & peccatores non negligendo Matth. IX, 10. 11. discipulis vero seruiendo Ioh. XIII, 4. seqq. 5) humanitatem, nec infantes aditu prohibendo Marc. X, 14. 6) fortitudinem, neminem, dum recte faciebat, timendo, sed hostibus veritatis magno animo se opponendo Luc. XII, 40 - 45. seqq. 7) patiortiam, durissima queuis, maledictis, exilia, vincula, vulnera, mortem a quo animo ferendo 1. Petr. II, 23. Conferatur Wernsdorff in Diss. de Christo sine exemplo homine §. 10. Possunt etiam quæ de mandato, Christo

a Pa-

a Patre dato , & de obedientia illi praestita alibi dixi (Theol. Dogm. Tom. II. §. 589. 590. ), hoc loco conferri.

## §. 64.

Peccatum originis , quod carnis nomine S. Scriptura de- *An Christus*  
notat ( Theol. Dogm. T. I. §. 1323. Sch. 2. ), hominem tentat ad *ac carne tent-*  
*malum* ( Theol. Dogm. T. I. §. 1409. ). At Christus a peccati *tatus fuerit*  
originalis labe fuit immunis ( §. 61. ). Hinc etiam si tentatio-  
nibus diaboli Matth. IV, 3. 6. 9. , & mundi Matth. XVI, 22. vt  
externis , fuerit subiectus , ab omnibus tamen internis tenta-  
tionibus carnis fuit immunis.

SCHOL. 1. Pertinet huc eff. tum apostoli Hebr. IV, 15. quod *Locus.*  
*Christus tentatus sit similiter ( ac nos )* κατὰ τὸν πόνον ἡμερῶν.  
Namque si Christus a carne tentatus fuisset ad malum , non esset  
tentatus sine peccato , quia ipsa caro , h. e. peccatum originis pec-  
catum est ( Theol. Dogm. T. I. §. 1324. ).

SCHOL. 2. Etiam si autem Christus a diabolo & mundo sub- *An in tenta-*  
inde ad malum tentaretur , tantum tamen abest , vt vnguam con-*tionibus se-*  
fensus daret , vt cognitio , qua pollebat , habitualis ei fortissima *ductus?*  
semper motiva ad perseverantiam in bono suppeditaret ; id quod  
II. cc. euidentissime ostendunt. Et ne de specialibus dicam , vel  
vnum generale poterat sufficere , quod in omnibus voluntati pa-  
tris cælestis vellet obsequi ( §. 61. ). Nam vel vnico peccato  
voluntatem diuinam transgressus , non potuisset hominum Vica-  
rius esse ( Theol. Dogm. T. I. §. 18. & T. II. §. 28. Sch. 2. ), ad  
quod tamen a Deo destinatus , in mundum venerat ( Theol.  
Dogm. T. II. §. 28. ); sublata vero satisfactione vicaria pro ho-  
minibus , diuina quoque , eaque summa & æterna gloria caruisset ,  
qua per æternum decretum diuinum & per pactum inter Patrem  
filiumque ipsi fuerat promissa ( Theol. Dogm. Tom. II. §. 34. ).  
Nunquam igitur Christus in tentationes diaboli mundique con-  
fentiens , sed fortiter iis semper constanterque obsistens , exter-  
ne licet tentatus , nunquam tamen seductus fuit ( Theol. Dogm.  
T. I. §. 1411. ).

## §. 65.

*An in Christo pugna appetitus sensitivus & voluntatis sanitatis?* Anima Christi non destituta fuit appetitu sensitivo (§. 48.). At quamvis in aliis hominibus post primorum parentum latum saepe appetitus sensitivus, ad bona sensualia & apparentia latus, oppugnet rationalem, distinctas intellectus rationisque representationes sequentem, teste proh! experientia, longe tamen dispar fuit in Christo ratio. Dum enim semper voluntatem suam accommodauit ad diuinam (§. 61.), ut rectæ eius inclinationes essent (§. 63.), nec tentationibus carnis ille fuit subiectus (§. 64.), non potuit appetitus sensitivus oppugnare sanctam ipsius voluntatem, aut supprimere, sed ad eandem se semper conformauit.

*Exemplum,*

*SCHOL.* Huius quidem rei exemplum in ipsa passione Servatoris magna deprehendimus. A maxima enim imperfectione sua, ignominia, doloribus, mortisque ipsius supplicio, quæ omnia fatis distincte præuidebat Matth. XVI, 21. XX, 18. 19. auersatione naturali eaque sensitiva (§. 46.) correptus, ideoque, ut transiret passionis calix, a patre cælesti petens Matth. XXVI, 39. non aliter tamen, nisi sub conditione possibilis, petebat, statimque impossibilitatis, posita hominum redemptione perficienda Luc. XXIV, 26. immutabilisque decreti diuini memor, iterum ad passionem sustinendam pro voluntate diuina promptus erat, eo ipso appetitum sensitivum in ipso sanctæ voluntati semper conformem esse, ostendens.

## §. 66.

*Vires habituales ad bonum habituatum quid?* Conatus agendi dicitur in genere vis. Conatus autem ad bonum perficiendum, ortus ex motiuis ad bonum habituatum, dicitur vires ad bonum habituales.

## §. 67.

*An Christus eis fuerit instructus?* Christus, possidens cognitionem Dei, Trinitatis bonique & mali habitualem (§. 58. 60.), simul motiuis ad bonum habitua-

bitualibus, exinde resultantibus, fuit instructus. Quoniam autem ex motiuis ad bonum oritur inclinatio voluntatis, i. e. conatus ad bonum, conatu ad bonum perficiendum, orto ex motiuis ad bonum habitualibus, Christus instructus fuit. Polluit igitur viribus ad bonum habitualibus (§. 66.), pariter ac parentes primi in integratatis statu (Th. Dogm. T. I. §. 1320.).

*SCHOL.* Quemadmodum igitur primi parentes vi imaginis *Quid per Dei primariae & hinc virium ad bonum habitualium, ad eandem pertinet?* eas potuerit pertinetum (Theol. Dogm. T. I. §. 1320. 1048.), ad perfectam legi diuinæ obedientiam praestandam apti erant (Th. Dogm. T. I. §. 1097.): sic Christus etiam earundem ope potuit perfectam, quam praestitit Matth. V, 17. obedientiam actiua praestare. Eadem enim istarum in utrisque, mutatis licet subiectis, non potest non ratio esse. Ast obedientia perfecta actiua, quam legi diuinæ praestitit Christus, est ipsa satisfactio vicaria actiua pro hominibus (Theol. Dogm. T. II. §. 362. 363.). Hinc beneficio virium ad bonum habitualium in Christo potuit etiam fieri, ut satisfactionem actiua vicariam praestaret pro hominibus; non quod humanitas sola in satisfactione praestanda actiua egerit, sed quod, actus legi diuinæ semper conformes producendo, egerit, quod suum erat, diuinitate e contrario valorem addente infinitum. Quin etiam obedientia perfecta praestanda eisdem vires habituales supposuit. Nam sine illis facile aut extensioni, aut intensioni, aut protensioni perfectionis obedientiae aliquid defessisset, quo facto non perfectissima fuisset obedientia (Theol. Dogm. T. I. §. 1094.).

### §. 68.

Ens infinitum non est nisi unicum (Theol. Dogm. T. I. *Animæ Christi-* §. 539.), sc. ipse Deus (Theol. Dogm. T. I. §. 528.). *Animæ Christi per se fuit* tem Christi non ipse Deus, sed ens a Deo diuersum est. Ne *ens finitum.* enim alias iam in medium probationes afferam, sensibus & phantasia fuit prædita in sensu proprio (§. 14. 16.), cum e contrario Deus nec sensibus, nec imaginationibus in sensu proprio sit instructus (Theol. Dogm. T. I. §. 566.), sed de ipso prædicetur

tur tantum per eminentiam (Theol. Dogm. T. I. §. 567.). Anima igitur Christi in se non est ens infinitum & hinc finitum. Nam inter infinitum & finitum tertium dari, repugnans est.

Demonstra-  
tio alia.

*SCHOL.* Ens infinitum vocamus, quod, quidquid per essentiam suam esse potest, est simul; unde ens finitum vi oppositionis est, quod, quidquid per essentiam suam esse potest, est successivus. At talem Christi animam fuisse, a posteriori quoque deprehendimus. Potuerunt enim in illa esse diuersae & representationes & inclinationes auersationesque. At dum anima Christi modo fuit in representationum distinctarum (§. 29.), & ab iis suppositarum clararum (§. 2.), modo dormiens Matth. VIII, 24. in representationum obscurarum statu (sonus enim respectu animae status representationum obscurarum est), dum modo affectibus commotus (§. 49.), modo extra affectum constitutus fuit Christus, successivus fuit in mente eius, quod per essentiam illius in illa locum habere poterat. Fuit igitur anima Christi per se ens finitum, non infinitum.

### §. 69.

*An illa ha-  
buerit per se  
perfectiones  
infinitas?*

Ens infinitum, vt tale, possidet perfectiones illimitatas tradictorie illi opponitur (§. 68. Sch.), perfectionibus illimitatis gaudere nequit. Hinc nec anima Christi in se habet perfectiones illimitatas, sed finitas vel limitatas (§. 68.). Quamuis igitur eadem suminis dotibus naturalibus, vt & insigni cognitione Dei, rerum diuinarum, bonique & mali fuerit instructa (§. 27. 43. Sch. & 58.), non tamen intellectus animae Christi fuit in se infinitus, & quia omniscientia intellectum supponit infinitum (Theol. Dogm. T. I. §. 547. 555.), nec omniscientia illa in se polluit. Nempe si infinito anima Christi, in se spectata, gauisa est intellectu omniscientiaque, pro ente infinito habenda est, quod propter unitatem entis infiniti numericam fieri nequit (Th. Dogm. T. I. §. 539.). Pariter licet

sancta

sancta & recta eius fuerit voluntas (§. 63.), non tamen ob modo dictam rationem anima ipsius in se sanctitate instruenda fuit infinita; prouti dum pariter entis infiniti proprium est, ut solo voluntatis actu res extra se existentes possit reddere (Theol. Dogm. T. I. §. 656.), nec illud potest voluntati animæ Christi in se tribui.

*SCHOL.* 1. Studiose semper addidi limitationem: *in se*. Nam *Monitum.* que in tota tractatione hac animam Christi non aliter, quam in se, vel qua actum naturæ spectatam, abstrahendo ab vnione humanitatis cum diuinitate personali, consideramus. Vnde quod vno illa personalis infert, neutiquam iam nobis opponi potest.

*SCHOL.* 2. Dixi: *Animæ Christi in se spectata non instruenda Monitum de-  
fuit sanctitate voluntaris infinita.* Scilicet ut constat ex ipsius *sanc-  
titate Dei* exemplo, infinita voluntatis sanctitas simplicem omnis passi-*Monitum de-  
finita.* bilitatis peccandi repugnantiam, h. e. impeccabilitatem absolutam inuoluit, & hinc consequens est intellectus infiniti pariter, ac impeccabilitas absoluta (Theol. Dogm. T. I. §. 629. Sch.). Cum igitur animæ Christi hominis in se spectata non competit intellectus infinitus (§. 69.), nec potest ei in se spectata sanctitas infinita tribui, pariter ac eandem ob causam impeccabilitatem absolutam ei tribuere dubitauimus (Theol. Dogm. T. II. §. 342. Sch. I.).

### §. 70.

*Intellectus finitus vel limitatus est, cui quædam realitas Intellectus fi-  
deest. Quoniam autem realitas intellectus in cognitione con-* *nitus qualiss?* *ficit, intellectus finitus est, cui quædam deest cognitio. Sed* *defectus cognitionis appellatur ignorantia.* Vnde intellectus finiti proprium est, vt ignorantia quadam laboret.

### §. 71.

Intellectus Christi hominis, vt talis, fuit in se finitus (§. 69.). *An ignoran-  
Christus homo igitur, vt talis, ignorantia quarundam rerum tia quedam  
laborauit (§. 70.).* in Christo ho-  
mine?

*Carpov. de Anim. Cbr.*

H

*SCHOL.*

Loes.

*SCHOL.* Hoc est, quod ex evidenterissimis quoque S. Scripturæ effatis constat. Nam Marc. XIII, 32. ipse Christus, *tempus euentuum*, de quibus locutus erat, quosque alii de die extremo, de excidio Hierosolymæ alii exponunt, *omnes homines, & angelos in cælis & filium ignorare, solum autem Patrem nosse*, adserit. Vbi quidem Christus eam sibi ignorantiam non, vt Deo, potest tribuere. Nam vt Deus eodem numero cum Patre gaudet intellectu infinito (Theol. Dogm. T. I. §. 860.), omnia futura contingentia quoque infallibiliter præsciente (Theol. Dogm. T. I. §. 557. 563.); quocirca, Patre illorum euentuum tempus præsciente, filius quoque, vt Deus, æque certo tempus illud cognovit, ac Pater. Qua humanam igitur naturam eam sibi ignorantiam tribuit. Et quia qua eandem limitato multarumque rerum ignaro intellectu instructus fuit (§. 71.), nil obstat, quin verba intelligamus ita: *filium Dei quoque qua humanam naturam, in se spectatam, tempus illorum euentuum ignorare.* Quamuis enim gradationem instituat Servator, ab hominibus ad angelos, ab angelis ad filium descendendo, vt inde humana Christi natura non in se, sed perfectionibus infinitis ob unionem personalem donata, intelligenda videri queat, quia illa in se angelis, vt creaturis Dei præstantissimis (Theol. Dogm. T. I. §. 1136.), imperfectior sit, salua tamen manet eadem gradatio, si ita intelligamus verba Christi: nec filii humanitatem, infinitis licet perfectionibus donatam, si spectetur in se, tempus illorum euentum nosse. Ne dicam, quod, etiamsi, Christum de abdicato ad tempus omniscientia vsu locutum fuisse, concederetur, non tamen inde, excludendam esse ignorantiam qua actum naturæ, resulhet. Geminum ignorantiae Christi hominis exemplum Marc. XI, 12. seqq. legimus, vbi, qua facillima omnium interpretatio videretur esse, pro fico bifera, adeoque circa Paschatos tempus prima vice fructus maturantes ferente, qua semel tantum quotannis fructibus foecunda erat, ob foliorum copiam habebat servator, adeoque, vt homo, non sine omni erat ignorantia. Conferatur nostra Theol. Dogm. T. II. §. 578. Sch. 2. 3. 4. vbi locus tertius etiam Ioh. XI, 34, de quadam ignorantia Christi agens, est explicatus,

§. 72.

## §. 72.

*Crescere dicitur in cognitione, quisquis quæ ignorauit ante, cognoscere incipit.*

*Crescere in cognitione quid?*

## §. 73.

Christus, vt homo in se spectatus, quarundam rerum ignorantia laborauit (§. 71.). Quoniam igitur fieri potuit, vt *An id potuerit Christus?* quæ antea non cognouerat, inciperet cognoscere, potuit in cognitione crescere (§. 72.).

*SCHOL.* 1. Hoc est, quod actu factum esse de Iesu puerο & *Locus.* duodecim iam annos nato, affirmatur Luc. II, 52.

*SCHOL.* 2. Crescimus autem in cognitione partim per experientiam propriam, h. e. sensibus adprehendendo, quod antea nos fugiebat, partim ex relatione aliorum, ad quam institutio referri potest, partim proprio Marte ex principiis cognitis conclusiones antea incognitas deriuando. Quo ad Saluatorem optimum applicato, exempla primi statim in promptu sunt. Vim fidei enim, quæ in centurione, homine gentili, erat, Christus animaduerterebat per experientiam propriam Matth. VIII, 10. Per experientiam & sensum proprium cognoscebat, sine fructibus sicutum esse, quæ iis abundare videbatur Marc. XI, 13. Et pertinet hoc effatum Pauli Hebr. V, 8: *Christus est erat filius (Dei), tamen ἦν ἀπὸ ἡς ἵππης τὸν ὑπακόν,* ubi tam, quod Christus (puta, qua humanam naturam spectatus. Nam qua diuinam, quæ per vocem iis indicatur, est omnificus Theol. Dogm. T. I. S. 785, neque adeo poterat discere) didicisse dicatur, quam quod didicerit ab vel ex iis, quæ est passus, notandum est. Hoc enim est, quod dicitur, Christum per propriam passionem suam, in qua ad mortem vsque Patri obediens factus est Phil. II, 8, didicisse, qua ratione obedientia Deo in omnibus præstanda fit; non quod antea illud ignorauerit, sed quod factis & passionibus propriis ad cognitionem experimentalem obedientię in Deum peruererit. Nam *eam cognitionem experimentalem appellamus,* quam per propriam experientiam adquirimus. Deinde tametsi institutione præceptorum Christus non vius fuerit Ioh. VII, 15, sape tamen ex aliorum relatione facta quædam cognovit singularia,

Iaria. Tale quid legimus de Galilæis, in offerendo sacrificio a Pilato cæsis Luc. XIII, 1, de cæde Iohannis baptistæ Matth. XIV, 12, 13, aliisque.

*Admiratio  
vnde oria-  
tur?*

*Confirmatio  
definitionis.*

*An potuerit  
esse in Chri-  
sto?*

*Loca.*

Si quis, quod impossibile esse putarat, possibile, & vice versa, cognoscat, oritur inde admiratio.

*SCHOL.* Veritas definitionis ex Matth. VIII, 27. coll. Marc. IV, 39. percipi potest. Quod enim impossibile esse homines iudicabant, sc. vt procella compesceretur, & mare fluctuans sedaretur vñico hominis verbo, id possibile esse, exemplo Christi perspiciebant, quia siebat actu. Hinc homines factum admiratione prosecutos esse dicendo: *qualis hic est, quod veni & mare ipsi obtemperent?* Euangeliſta narrat.

Christus homo, in se spectatus, dum rerum quarundam ignorantia laborauit (§. 71.), fieri potuit, vt quod impossibile ante putauerat, possibile & v. v. cognouerit. Admiratio igitur in Christum hominem, in se spectatum, potuit cadere (§. 74.).

*SCHOL.* Subinde euangeliſta admirationem Christo tribuunt. Quemadmodum enim fidem centurionis gentilis Matth. VIII, 10. ita *āterius* popularium suorum Marc. VI, 6. mirabatur, in easu priore, non tantam vim fidei in gentili homine, in posteriore, non tantam obdurationem in Iudeis esse posse, arbitratus, & vitrumque tamen reperiens actu.

*Anima Chri-  
sti non est ens metaph.*

Ens compositum vel materiale cogitare nequit (per princ. *compositum*. ens compositum vel materiale. Anima igitur Christi non est ens compositum vel materiale (§. 11.).

§. 76.

§. 77.

## §. 77.

Omnis substantia vel compositum vel simplex ens est. *Omnis sub-*  
*Nam aut partes extra se inuicem habet, aut non habet.* In *stantia est*  
*priori casu compositi, in posteriori simplicis entis nomine venit.* *vel compo-*  
*Quaecunque igitur substantia ens compositum non est, est ens <sup>ta vel sim-</sup>*  
*simplex.*

## §. 78.

Anima Christi, dum cogitando (§. II.), appetendoque *Anima Chri-*  
*& auersando (§. 48. 50.) agendi facultate gaudet, ex substan-* *sti est sub-*  
*tiarum numero est.* Nam ens, facultate agendi prædictum, *stantia sim-*  
*substantiam appellant Philosophi.* At quia non est substantia *plex,*  
*composita (§. 76.), non potest non esse substantia simplex; &*  
*quod sequitur inde, immaterialis (§. 77.).*

*SCHOL.* Facile hinc potest intelligi, animam Christi a corpo- *Et differt a*  
*re eius essentialiter diuersam fuisse.* Corpus enim, vt pote ex *corpore eius*  
*variis membris compositum, attamen facultate agendi prædictum, essentialiter,*  
*substantia fuit composita.* Substantia autem composita & sim-  
*plex differunt essentialiter.* Atque hoc ipsum quoque ex verbis  
*Christi: anima mea neque iuveris tuas dicitur Matth. XXVI, 38. po-*  
*test intelligi.* Tristitia enim, tanquam affectus, ex representa-  
*tione malorum oritur (§. 49. Sch. 2.).* Quocirca anima Chri-  
*sti, dum tristitia affecta fuit, mala sibi representauit.* Sed re-  
*præsentatio eiusmodi, aut, si mauis, cognitio corpori non potest*  
*conuenire (§. 76.).* Est igitur anima Christi ens a corpore es-  
*sentialiter diuersum, & hinc, dum hoc compositum est, ens sim-*  
*plex.*

## §. 79.

*Corrumpi ens* dicitur, dum partes eius, maxime subtilio- *Corruptio*  
*res, a se inuicem soluuntur; vnde corruptio entis est solutio quid?*  
*partium eius subtiliorum.* Impossibilitas corruptionis dicitur  
*in corruptibilias.* De ratione corruptionis physica lege Th.  
*Dogm. T. II. §. 63.*

## §. 80.

*Anima Christi fuit incorruptibilis.* Ens simplex dum nullas habet extra se inuicem positas partes (§. 77.), nec possunt illæ a se inuicem solui. Non igitur potest ens simplex corrumpi, vel, quod idem est, ens simplex est incorruptibile (§. 79.). Hinc anima Christi etiam fuit incorruptibilis (§. 78.).

## §. 81.

*Spiritus quid?* Intellectu & voluntate libera prædictum ens vocamus *spiritum*. Vnde dum anima hominis intellectu & voluntate libera prædicta est, anima hominis est spiritus eius.

*Quotuplex in Christo?* SCHOL. Simili igitur ratione anima, quam gessit Christus (§. 8.), spiritus illius fuit (§. 31. 50. §2.), quo nomine ipse Christus eandem, extreum spiritum ducens, adpellauit Luc. XXIII, 46. Est autem anima Christi spiritus eius finitus (§. 68.), neque hinc confundendus cum spiritu eius infinito h. e. ipsa diuinitate, quam S. Scriptura interdum spiritum Christi vocat. Dum enim e. g. I. Petr. III, 18. Christus dicitur οὐκονδιετο τῷ πνεύματι, non potest verborum sensus esse, quod spiritu finito h. e. anima viuificatus fuerit, quia, ut deinde dicturi sumus, anima non erat mortua, sed per diuinitatem illiusque omnipotentiam vita rufus donatam fuisse humanitatem mortuam, docet apostolus. Erat enim resuscitatio humanitatis Christi ex morte opus Dei ad extra transiens (Theol. Dogm. T. I. §. 905.), & hinc indiuisum (Theol. Dogm. T. I. §. 908.). Legatur de sensu huius loci pluribus Th. Dogm. T. II. §. 326. Sch. 1. §. 673. n. 2. Ast in aliis locis etiam Diuinitas Christi spiritus nomine denotatur, sc. i. Cor. XV, 45. I. Tim. III, 16. Hebr. IX, 13. 14. Etenim dum in loco primo Paulus Adamum Christumque sibi inuicem opponit, scribens: *Fatetus est primus homo Adam in ψυχὴ ζῶσας, ultimus Adam (Christus) in πνεῦμα ζῶσαν*, spiritus hic viuificans Christi non potest anima ipsius esse. Nam loquitur apostolus de viuificatione in resurrectione mortuorum v. 41 - 44. quæ dum est actus miraculosus, est opus omnipotentiae divinae (Theol. Dogm. T. I. §. 660.). At omnipotentiam anima Christi, ut talis, non habet, quia

quia in se spectata perfectionum infinitarum particeps non est (§. 69.). Duum igitur anima Seruatoris hoc loco per spiritum intelligi nequit, sola superest, quæ intelligatur, eius Diuinitas. Deinde in loco altero I. Tim. III, 16. apostolus dicit: *Deus (Christus) manifestatus est in carne* (h. e. in humanitate). Nam caro, Christo tributa, totam humanitatem eius solet denotare Theol. Dogm. T. II. §. 240. Sch. 1. & non qua corpus solum, sed qua animæ operations eminentissimas etiam filius Dei inter homines manifestatus fuit), *ιδουσιν οι πνευματι*. Quia apostolus hoc loco spiritum, quo Christus iustificatus sit, opponit carni h. e. humanitati, in qua manifestatus sit, facile inde, quod Diuinitatem hic spiritus denotet, intelligitur. Quæris autem: quomodo Christus spiritu hoc fuerit iustificatus? Nulla in eo difficultas est. Humanitate Christus similis factus erat *τοῖς κυνέγοις*. Flagellis enim cædebatur; ad mortem cum flagitiosis damnatus ducebatur; cruci adfigebatur adeo, ut eatenus Christi innocentissimi & hominum flagitiosissimorum nulla adpareret differentia. At per diuinitatem eius innocentia eius manifestata, ipseque adeo iustificatus est. Prodebat enim Diuinitas humanitatis suæ innocentiam non tantum per mira passionis mortisque prodigia (Theol. Dogm. T. II. §. 622. Sch. I. §. 626. Sch. 2.), sed per ipsam etiam resurrectionem ex morte, quæ *κυνέγοις*, vna cum ipso in crucem sublatis, neutiquam accidebat. Nam, vt filius Dei, & hinc vt sanctissimus, Christus demonstratus est *τοῖς ανθρώποις* *κυνέων*, Rom. I, 4. Quibus ita se habentibus, ipsum prædicatum *iustificatus*, Diuinitatem per spiritum intelligendam, particulam à autem in hac propositione vertendam esse: per indicat. Dixi de hoc loco paucis Theol. Dogm. T. II. §. 259. Sch. §. 671. Sch. I. Denique in tertio loco Hebr. IX, 13. 14. Christus, *διὰ πνεύματος αὐτοῦ* se ipsum *inculpatum obtulisse Deo*, dicitur, puta pro hominibus; vbi quia anima eius in tempore cepit, non potest spiritus aeternus aliud quid, quam Diuinitatem Christi, indicare, vt pote per quam in fœdere, isto cum Patre de salute hominum, ab aeterno se Deo Patri pro hominibus obtulit (Theol. Dogm. T. II. §. 34.).

*Vita quid?*

## §. 82.

Quemadmodum *vita in genere* in conatu agendi, aut, si mavis, in vi actiua, sic, dum spiritus cogitando appetendoque & auersando agit (§. 81.), *vita spiritus* in conatu cogitandi appetendique & auersandi consistit. Et dum anima humana est spiritus (§. 81.), *vita anime humanae* quoque in conatu cogitandi, appetendi & auersandi est posita.

*Monita.*

*SCHOL.* Quomodo vita animae humanae a vita corporis, vtraque autem a vita totius suppositi differat, exposui in Theol. Dogm. T.I. §. 967. Dum autem vitam animae humanae in vi cogitandi appetendique posui, per se patet, eam ibi tantum, quatenus est spiritus, spectari. Quoniam autem ut anima peculiarem suam ad corpus relationem habet, *vita anime*, ut *anima*, in vi cogitandi appetendique, peculiarem suam ad corpus relationem habente, ponenda erit. Nec quidquam peccatum est, si eam in vi repraesentativa vniuersi pro situ corporis constituerem. At quia principia id demonstrandi nimis nos ab instituto dimouerent, ab illa iam locutione abstinere, quam sine demonstratione assertis haerendi occasionem imperitis suppeditare, praestabit.

## §. 83.

*Anima Christi visuit.*

Anima Christi cogitauit (§. 11.), appetiuit, & auersata est (§. 48. 50.). Polluit igitur conatu cogitandi, appetendi, auersandi. Nam omnis actio supponit conatum agendi (per principia metaph.). Anima igitur Christi vita, sed spiritibus propria, est tribuenda (§. 82.).

## §. 84.

*Immortalitas animae quid?*

*Vitæ priuatio mors* dicitur. Quemadmodum igitur mori dicenda est *anima*, si conatu cogitandi, appetendi, auersandique priuetur (§. 82.), ita perpetua vitæ eius continuatio *immortalitatem ipsius* constituit.

*Quid illa in uinat?*

*SCHOL.* Immortalitas igitur animae humanae, ut i) conatum cogitandi & appetendi auersandique seruet continuo (§. 84. 82.); & hinc

& hinc 2) post mortem corporis in statu, quem ante habebat, representationum clararum distinctarumque, ut & appetituum & auersationum æque, ac 3) in statu conscientiae sui, & respectu status praesentis & præteriti, vt pote qui prioris consequens est (§. 4.), maneat, inuoluit. Et quia haec omnia non possunt habere locum sine anima existentia, siquidem non entis nulla praedicata sunt, 4) existentia animæ continuatio quoque ad animæ immortalitatem referenda est. Quæ immortalitatis animæ requisita ipse Christus egregie in parabola de epulone Luc, XVI, 23, seqq. adumbravit. Existebat enim anima eius post mortem corporis, quod terra mandatum erat v. 22. in loco damnatorum v. 23. & dum sibi & dolorum presentium v. 24. & status pristini conscientia erat v. 25. 27. 28. gaudebat statu representationum clararum distinctarumque, quemadmodum appetebat etiam & auersabatur v. 24. 27. 28.

## §. 85.

Quemadmodum anima Christi est incorruptibilis (§. 80.), *Anima Christi est immoratu*  
sic vitam quoque, quam possidet (§. 83.), perpetuo conti- nuat. Nam ens simplex ab omni vi externa naturali immune talis,  
est (per princ. Met.) Matth. X, 28. Quoniam igitur anima Christi ens simplex (§. 78.), & hinc etiam ab omni vi externa naturali immunis est, nec potest ab illa vi externa naturali conatus cogitandi appetendique, quem possidet (§. 83.), eidem eripi. Deus autem tantum abest, vt ei istum ereptum velit, vt velit potius semper conseruatum. Etenim dum Christum hominem æternum vult regem Deus esse Luc. I, 31. 33, vt per gloriam æternam summamque prior ignominia summa compensetur Phil. II, 6. seqq. at compensatio illa animæ pariter ac corpori debet fieri, quia anima non minus Matth. XXVI, 38, quam corpus summos dolores & ignominiam maximam sustinuit, velle Deum, vt anima Christi & una cum corpore exsistat semper, & perpetuo retineat conatum cogitandi dictum, sequitur. Quoniam igitur anima Christi vitam suam

*Carpov. de Anim. Chr.*

I

perpe-

perpetuo continuat (§. 82, 83.), anima Christi est immortalis (§. 84.).

### §. 86.

*Eadem Deo similis est.* Anima Christi polluit intellectu & voluntate (§. 31. 50.), ingenio (§. 27.), rationeque summa pro facultatibus sumptis (§. 43.), simplicitate (§. 78.), incorruptibilitate (§. 80.), & immortalitate (§. 85.), & adhac habituali cognitione Dei, Trinitatis, boni malique (§. 58. 60.), vt & voluntate sancta & recta instructa fuit (§. 63.). Pariter Deus ens simplex (Theol. Dogm. T. I. §. 516.), incorruptibilis (l. c. §. 522.), & immortalis est (l. c. §. 734.), nec solum gaudet intellectu (l. c. §. 546.), ratione (l. c. §. 574.) voluntateque, quatenus pro facultate sumuntur (l. c. §. 576.), sed etiam vi omnisciencie (l. c. §. 556.) se ipsum (l. c. §. 557. 559.), & omnia possibilia alia distinctissime cognoscit (l. c. §. 547.); vnde nec vlla boni malique differentia, nec rerum similitudo ipsum latere potest, vt adeo summo quoque sit instructus ingenio (§. 26.), quemadmodum sanctitate etiam & rectitudine voluntatis gaudet omnium perfectissima (Th. Dogm. T. I. §. 593. 729.). Inter Deum igitur & Christi animam similitudo intercedit (§. 25.).

*Sed non omnimode, nec aequalis.*

*SCHOL.* Non dico t. quod omnimoda sit anima Christi cum Deo similitudo. Namque anima Christi sensus quoque (§. 14.), phantasia (§. 16.), memoria (§. 20.), facultas reflectendi (§. 22.), abstrahendi (§. 24.), appetitus sensitivus, auersatio sensitiva (§. 48.) & affectus competunt proprie (§. 49.). De Deo e contrario sensationes, imaginationes memoriaque non proprie, sed per eminentiam tantum dicuntur (Th. Dogm. T. I. §. 566 - 568.), neque in reflexione & abstractione (§. 21. 23.), siquidem omnia sibi simul possibilia repräsentat (Theol. Dogm. T. I. §. 547.). neque appetitu, nec auersatione sensitiva (§. 46.), quia nulla in eum cadit boni vel mali cognitio confusa (Th. Dogm. T. I. §. 547.), nec affectibus pollet (Th. Dogm. §. 743.). Quoniam igitur quæ modo de anima Christi dicta sunt, pendent inde, quod status suos gesserit

gesserit successione h. e. ex finitudine eius (§. 68. Sch.), talis inter Deum animamque Christi dissimilitudo intercedit, qualis inter spiritum infinitum finitumque debet intercedere. Nec dico z. quod anima Christi Deo sit perfectionibus æqualis. Nam Dei perfectiones sunt illimitatae (Theol. Dogm. T. I. §. 528.); animæ autem Christi per se finitæ (§. 69.). Finitum autem propter quantitatis diuersitatem æquale non potest esse infinito (§. 25. Sch.,).

## §. 87.

Quoniam entia similia A & B easdem habent notas characteristicas (§. 25.), ex illorum cognito uno A notionem sibi de altero B formare potest cognoscens. Nam per notas suas *tia similia* characteristicas res cognoscimus. Sed quatenus entia A & B se habent ita, ut ex cognito uno A notio de altero B formari possit, eatenus *A dicitur representare B.* Entia igitur similia se habent ita, ut unum repræsentent alterum.

## §. 88.

Anima Christi Deo est similis (§. 86.). Quisquis igitur *per animam* ad animam Christi attendit, is, dummodo a dissimilitudini. *Christi Deus* bus, ex finitudine pendentibus, abstrahat (§. 86. Sch.), ex illa *repræsentat-* cognita notionem sibi de Deo formare potest (§. 87.). Per *en-* Christi animam igitur Deus repræsentatur (§. 87.).

## §. 89.

Dependentia actualitatis boni cuiusdam ab ente A dicitur *Vtus entis* *entis A Vtus.*

*quid?*

## §. 90.

Quod ex consideratione animæ Christi notionem de Deo *Vtus simili-* nobis formare possimus, est nobis bonum, siquidem fini Dei *tudinis ani-* circa hominem, ut sc. Deum recte cognitum colamus (Theol. *ma Christi* *cum Deo* Dogm., quis?).

Dogm. T. I. §. 1013. seq.), conueniens est, & quidquid fini est conueniens, id in genere *bonum* appellamus. Sed idem rationem sui in similitudine, quæ inter Christi animam Deumque intercedit, habet, (§. 87.), adeoque exinde pendet (Theol. Dogm. T. I. §. 525.). Est igitur, quod ex consideratione animæ Christi notionem de Deo nobis formare possimus, similitudinis, quæ inter Deum Christique animam intercedit, usus (§. 89.). Quocirca eiusdem quoque similitudinis hic usus est, quod Deus per Christi animam repræsentetur (§. 87.).

*Monitum.*

*SCHOL.* Dico solum, quod usus illius sit, non quod sit unus. Possunt enim plures allegari, in quibus quidem minime reticendus est hic, quod eadem similitudo Christum ad opus redemtionis præstandum habilem efficerit. Sed de illo alio tempore est agendum.

### §. 91.

*Eiusdem finis quis?* Usus rei Dei circa illam finis est (Theol. Dogm. T. I. §. 157.). Cum igitur animæ Christi cum Deo similitudo hunc usum præstet, quod repræsentet Deum (§. 90.), idem est similitudinis istius, quem Deus intendit, finis.

### §. 92.

*Imago quid?* Ens alteri simile eo fine factum, vt alterum repræsentet, dicitur illius *imago*, voce *concretive* sumpta; vt e contrario si vox *abstractive* sumatur, imago similitudinem unius cum altero, eo ipsi fine, vt alterum repræsentet, datam, significat.

*Confirmatio definitionis.* *SCHOL.* Definitio imaginis data ex historia de censu numismate illustrari potest Matth. XXII, 20. 21. Erat enim in numero censu figura, formæ faciei Cæsaris similis, eo fine facta, vt Cæsarem repræsentaret. Sed hæc ipsa figura imago Cæsaris dicebatur.

### §. 93.

*Anima Christi gesta Dei imaginem.* Anima Christi dum ens a Deo diuersum est (§. 68.), sed omne a Deo diuersum ens quidquid realitatis habet, habet a Deo

a Deo (Theol. Dogm. T. I. §. 505.), anima quoque Christi similitudinem cum Deo, quam habet, a Deo habet. Quoniam igitur est ens, Deo simile eo fine factum, vt Deum repræsentet (§. 91.), est imago Dei, voce concretive sumpta (§. 92.). Pariter dum similitudinem cum Deo eo fine, vt Deum repræsentet, sibi collatam gerit (§. 86. 91.), gerit quoque imaginem diuinam, voce sumpta in sensu abstractiuo (§. 92.).

*SCHOL.* Quemadmodum igitur Christus qua diuinitatem *Monitum.*  
in nobis tunc dicitur (sc. Patris) 2. Cor. IV, 4. tunc doquamus Col. I, 15. Paulo  
 dicitur: ita qua animam quoque humanam rectissime imago Dei  
 appellatur, licet totidem verbis in S. Scriptura id non legatur.  
 Non aliter enim conueniens erat, quam vt, cum Christus *separatus*  
*de genere* imaginem Dei perditam in homine instaurare deberet, ipse  
 qua utramque naturam eadem exsplendesceret.

### §. 94.

Ex iis, quæ dicta sunt, simul cognoscitur, in quoniam *Quid pertinet*  
 imago Dei in anima Christi constituenda sit. Scilicet omnis *natura ad Dei*  
 similitudo huius cum Deo, eo ipsi fine data, vt Deum repræ-  
 sentaret, ad eandem est referenda (§. 92.). Quoniam igitur  
 ad eam pertinet simplicitas, spiritualitas, facultatem intelli-  
 gendi volendique libere inuoluens, ingenium, ratio, incor-  
 ruptibilitas, immortalitas, prætereaque habitualis cognitio Dei,  
 Trinitatis, bonique & mali, vt & voluntatis sanctitas & re-  
 stitudo (§. 86. seqq.), hæc omnia ad imaginem Dei in Christi  
 anima pertinent.

*in anima  
Christi ima-  
ginem?*

### §. 95.

*Imaginem Dei in homine primariam voco, quæ ad essentiam*  
*hominis, vt talis, non pertinet; secundariam, quæ pertinet ad*  
*essentiam eius, vt talis.*

*Imago Dei  
primaria, se-  
cundaria  
quid?*

## §. 96.

*Quid ad  
vitamque  
pertinet?*

Dum homo ex corpore organico & anima rationali constans substantia est, anima autem rationalis, tanquam ens cogitans, non potest esse ens compositum, ad essentiam hominis, ut talis, pertinet, ut gaudeat anima simplici (§. 77.), & spirituali, h. e. facultate intelligendi libereque volendi instructa, incorruptibili (§. 80.), atque immortali, vt pote quod simplicitatis in anima humana consequens est (§. 85.). Hæc igitur ad imaginem Dei in homine pertinent secundariam (§. 95.). E contrario cognitio Dei Trinunius, bonique & mali habitualis cum sanctitate voluntatis & rectitudine non pertinet ad hominis, ut talis, essentiam, quia sine illis homo potest esse homo. Hinc eadem imaginem Dei primariam constituunt (§. 95.).

## §. 97.

*An Christus  
qua animam  
possederit  
vitamque?*

Dum Christus, qua animam spectatus, & animæ simplicitatem, spiritualitatem, quæ cum ingenio facultatem intelligendi libereque volendi, inuoluit, incorruptibilitatem & immortalitatem possedit, & præterea cognitione habituali Dei Trinunius bonique & mali & sanctitate voluntatis fuit instrutus (§. 86.), & secundaria & primaria gauisus est Dei imagine (§. 96.).

*Solutio du-  
bit.*

SCHOL. i. Pro dictis, inquis, principiis cognitio sape dicta habitualis & voluntatis sanctitas est imago Dei primaria in Christo (§. 96, 97.); sed imago Dei primaria non pertinet ad hominis essentiam (§. 95.); quo circu nec ad Christi hominis essentiam, quod cognitione illa habituali voluntatisque sanctitate poluerit, pertinebit, cædemque adeo in Christo perfectiones accidentales dicendæ erunt; non possunt autem accidentales esse, quia, sanctitate Christum carere potuisse, alias sequeretur. At potest humanitas Christi, ad quam anima ipsius humana pertinet, vel in se, abstrahendo ab vnione personali cum  $\lambda\delta\gamma\mu$ , vel in vnione cum eodem spectari. Si Christus homo spectetur in se,

ab-

abstrahendo a diuinitate cum humanitate personaliter unita, accidentalis in Christo fuit cognitio habitualis, & voluntatis sanctitas. Potuit enim sine illa homo esse. At vero si ut *grāndezas* spectetur, hoc respectu humanitatem sine sanctitate voluntatis suppositaque cognitione habituali esse non potuisse, largimur. In precedentibus autem sub priore respectu fuimus locuti.

**SCHOL. 2.** Quoniam igitur anima seruatoris imagine Dei ga- *Imago Dei* uisa est primaria (§. 97.), poteſt exinde, vt ex principio, *primaria in ratio reddi tam cognitionis rerum diuinorum eminentissimæ quæ Christo cu-* intellectum, quam summae actionum sanctitatis qua voluntatem *iussam sit* (§. 18. 61.), si humanitas eius spectetur in ſe. Nam quia de *principiis* primo homine ſic ſe res habet, multo magis, id valet de Christo. Si vero humanitas Christi spectatur in unione cum *zivis* perso- nali, ex communicatione idiomaticum diuinorum ſimul ratio- rum repetenda eſt. Confer, Theol. Dogm. T. I. §. 456. 345. Sch. 1.

**SCHOL. 3.** Huius quoque doctrinæ de Dei in Christo imagi- *Vtius doctrinæ de Dei in* ne in negotio ſalutis vius maximus eſt. Etenim imago Dei pri- maria opposita eſt peccato originis, quia in locum illius perditæ *Christo imagine* hoc apud hominem ſuccedit (Theol. Dogm. Tom. I. §. 1327.). Posita igitur ſemper in Christo Dei imagine, non potuit non ab *primis*, omni ſemper alienus eſſe peccato. Sed vt a peccato alienus eſſet, neceſſarium erat eius, vt hominum vicarii, requiſitum (Th. Dogm. T. I. §. 18.). Vnde patet, arctiſſimum eſſe, qui inter ſatisfac- tionem Christi Vicariam & imaginem Dei in ipſo intercedit, ne- xum. Deinde ſatisfactione Christi pro hominibus non tantum, vt *secundus*, pateretur, qua hominibus patientia erant, ſed etiam vt agendo legem Dei loco hominum perfectiſſime impleret, inuoluebat (Theol. Dogm. T. I. §. 17.). Sed perfectiſſima illa obedientia actiua ope virium ad bonum habitualium, quas Christus poſſidebat, erat praeflanta (§. 67. Sch.), & vires illæ ad bonum ha- bituales vt adjunctum neceſſarium ad imaginem diuinam pertine- bant (§. 97. 67.). Vnde vi imaginis Dei in Christo eſt factum, vt perfectiſſimam legi obedientiam actiua præſtaret, negataque hinc Dei in Christo imagine, ſatisfactione quoque actiua eius eſſet neganda, quo ipſo fundamentum ſalutis noſtræ corruperet. De *tertius*, nique dum per regenerationem imago Dei primaria perdiſta in homi-

70 CAP. III. DE ORIGINE ANIMÆ CHRISTI

homine instauranda, & per sanctificationem instauratio ista ulte-  
rius in hac vita perficienda est Eph. V, 23. 24. Col. III, 10, ipse  
autem Christus imaginem Dei primariam perfectissime gerit  
(§. 97.), idem nobis exactissimo exemplo est, quod in instaura-  
tione illa imitando exprimere conetur. Vnde apostolus *Deum,*  
*quos credituros preuidit, praedestinasse dicit, ut filii sui imaginis*  
*τίμησον redderentur Rom. VIII, 29.*

CAPVT III.  
DE ORIGINE ANIMÆ CHRISTI  
ET MOMENTIS RELIQVIS.

§. 98.

*Deus potuit animam Christi creare.* Quod ad originem animæ Christi explicandam attinet, intricatissima plurimisque hinc sententiarum diuertiis obnoxia quæstio est. Hoc extra dubium est positum, quod Deus animam Christi per creationem ex nihilo producere, vel existentem reddere potuerit. Etenim dum Deus vi omnipotentia sua per solum voluntatis sua actum possibilia extra se existentia potest reddere (Theol. Dogm. T. I. §. 656.), & in ipsa creatione totum entium simplicium complexum æque (Theol. Dogm. T. I. §. 933. seq.) ac animam Adami ex nihilo reddidit existentem (Theol. Dogm. T. I. §. 969. Sch. 2.), nihil obstat, quin pariter Christi animam potuerit ex nihilo produceret, h. c. creare.

§. 99.

*Anima Christi non potuit ex anima Mariae traduci.* De origine autem eius actuali diuersimode eruditii sentiunt. Sunt, qui eam ex anima Mariæ virginis miraculose (vti tota Christi conceptio miraculosa fuit Luc. I, 35.) traducant, sunt, qui a Deo immediate creatam dicunt. At prior senten-

sententia vna pluribus premitur difficultibus. Scilicet anima Christi fuit ens simplex (§. 78.), & quia omnis anima humana ens simplex est (per princip. Metaph.), idem de Mariæ anima quoque est affirmandum. Sed ex uno ente simplice alterum oriri nequit. Nam si ex uno ente simplice A alterum B debet oriri, alterum B, antea non existens, debet existens fieri ex substantia alterius A. Nam *ens simplex oriri* dicitur, si non existens antea fiat existens. Quodsi vero ens simplex alterum B, antea non existens, ex substantia alterius A debet existens fieri, substantia posterioris A aliquid decedat, necesse est. Non enim alias ex A erit B. At fieri nequit, vt substantia entis simplicis aliquid decedat. Nam dum caret partibus extra se inuicem (§. 77.), nec vlla in ipso locum habere potest diuisibilitas, vtpote quæ non est, nisi partium a se inuicem separatio. Quoniam igitur ex uno ente simplici A alterum B non potest oriri, fieri nec potuit, vt anima Christi ex anima Mariæ oriretur, vel vti loquuntur alii, non potuit inde tradi.

*SCHOL.* In cassum hoc loco ad omnipotentiam Dei prouocas, quod licet naturaliter non potuerit fieri, potuerit tamen per potentiam Dei absolutam. Potentia enim Dei, sive ordinata sive absolutam intelligas, obiecta sunt tantum in se possibilia, nec repugnantiam inuoluentia (Theol. Dogm. Tom. I. §. 657.). Repugnantia igitur in eo, quod anima Christi ex Mariæ anima traducta dicatur, demonstrata (§. 99.), non poterit ad potentiam Dei absolutam prouocari.

*Solutio dubii.*

## §. 100.

Deinde ex anima impura, vel, quod idem est, peccato infecta originali non potest pura & ab eodem immunis oriri, *tum aliud*. vti clarissime Christus, licet alio ex parte sensu & scopo, *quid* ex carne nascitur, carnem esse, affirmat Ioh. III, 6. Sed

*Carpov. de Anim. Chr.*

K

anima

anima Mariae peccati originalis labe fuit infecta (Theol. Dogm. T. I. §. 133.). Hinc si animam Christi ex Mariae anima a Deo traductam dicamus, aut post traductionem suam, pariter ac Mariae anima, peccato originis infecta fuit, mansitque, aut illam post traductionem, aut in illa a peccati originalis labe, pariter per operationem Dei immediatam, purgatam esse, dicendum est. At primum membrum a veritate alienum est (§. 61.). Aut igitur medium, aut ultimum erit adoptandum. Sed in utroque casu, quod uno miraculo, sc. animam Christi sine omni peccati adhaerentis labe ex nihilo creando poterat fieri (§. 98.), Deus effecit duobus, dum traductio illa & purificatio animæ traductæ, ut duo distincti, saltim ratione, actus concipi debent. Si vero Deus, quod uno poterat miraculo fieri, effecit duobus, fecit miraculum sine ratione, cum non possit tamen quidquam velle sine ratione (Theol. Dogm. T. I. §. 583.), neque hinc facere (Theol. Dogm. T. I. §. 614.). Non igitur anima Christi ex anima Mariae traducta dicenda est.

## §. 101.

*Quomodo* E contrario expeditissima est res, si animam Seruatoris per difficultates creationem immediatam ortam esse, adseramus. Non solum illas de ortu enim potuit ita oriri (§. 98.), sed etiam non potest ens simpliciter oriri, nisi per productionem ex nihilo (vid. Ill. Wolfii Ontol. Lat. §. 691.), h. e. per creationem (Theol. Dogm. T. I. §. 918.). Quocirca quod de ente simplici in genere valet, idem de anima Christi etiam adserendum est (§. 78.). Cui accedit, quod per creationem producta anima Christi non potuerit non ab omni peccati labe immunis esse, pariter ac Adami anima, e manu Dei egrediens, non tantum ab originali peccato immunis, sed imagine potius Dei instructa (Th. Dogm. T. I.

T. I. §. 1058.), adeoque sanctissima fuit. Quoniam igitur 1. anima Christi, vt ens simplex, non potuit aliter nisi per creationem oriri, vt diximus; 2. immediate illam creando Deus via egit breuissima, sc. vno actu & producendo Christi animam, & producendo illam sine peccato sanctam, qualis debet esse ad redemptionis opus perficiendum; at via agere breuissima, sapientiae Dei conueniens est: animam Christi Seruatoris actu ex creatione diuina immediata originem traxisse, concludimus. Confer. Theol. Dogm. T. II. §. 163.

*SCHOL. 1.* Quoniam anima Christi per ipsam de anima ideam *An anima Christi præexistenter?* (§. 1.) ad id ordinata fuit, vt relationem suam haberet ad corpus, cumque illo totum Christum hominem constitueret, neutrum cum illis facimus, qui eam a mundi inde origine exstisset somniant, sed quod ipso in conceptionis momento potius a Deo creata sit, veritati conueniens esse, arbitramur. Etenim aut anima Christi præexistit, aut in ipso conceptionis momento, aut post iam factam corporis Christi in Maria conceptionem producita fuit. Sed non præexistit, quia non solum ut præexistens nullam potuisse ad corpus suum relationem habere, sed nec ratio præexistens sufficiens allegari potest. Neque post factam iam corporis Christi in Maria conceptionem producta videretur anima eius, tam ne corpus eius ad tempus exanime dicendum sit, quam quia ratio non fuit, cur hoc potius quam alio momento post conceptionem corporis & ante nativitatem Christi produceretur. Est igitur in ipso conceptionis momento producta. Sed non ex anima Mariæ (§. 99.). E. potius ex nihilo. Non est enim, quod cum specie veritatis assumere licet, membrum tertium.

*SCHOL. 2.* Ita vero per se corruit opinio Origenis, qui, animam Christi in principio creationis creatam esse, sibi persuasit Tom. I. in Ioh. pag. 35. XX, pag. 307. coll. Huetio in Origenianis. Magis a veritate absit Guilielmus Postellus, qui superiori saeculo, teste Simonio epist. XXI, Selectar, animam Christi a Deo

*Errores aliorum.*

74 CAP. III. DE ORIGINE ANIMÆ CHRISTI

(in principio) creatam & cum  $\lambda\delta\gamma\mu$  coniunctam, immo mundi spiritum & totius vniuersi rerumque omnium semen fuisse, assertere & ad mortem vsque pertinaciter defendere, non veritus est. Nec meliori fundamento superstructa est Henrici Mori, quod anima Christi patriarchis in V. T. apparuerit, sententia; quæ quidem præexistentiam animæ Christi non potest non supponere. Apparitiones enim illæ a filio Dei potius, sed in corpore ad tempus assumpto paraftatico, sunt factæ. Omnia maxime autem a veritate abhorret opinio Iudæorum, qui,  $\mu\tau\pi\mu\psi\chi\omega\tau\pi$  Pythagoricam, quam  $\nu\tau\chi\mu\tau\pi\tau\alpha\tau$  revolutionem animarum vocant, secuti, ordinationem diuinam esse afferunt, ut qualibet anima ternis vicibus corpus humanum ingrediatur, quo vel plene a peccatis purgetur, vel inexcusabilis reddatur; ex quo figmento, per arcanam vocis **דָּבָר** cabbalisticam processionem, animam Adami in Davide venisse, & inde in Messiam esse migratram, quia tres vocis **אָדָם** litteræ tria nomina **אָדָם רֹאשׁ מְשִׁיחָה** Adamum, Davidem & Messiam referant, concludunt. Vid. Tract. de revolutione animarum R. Jitzschack Lorientensis P. I. c. 6. i. e. Kabbalæ denudata Tom. II. Part. III, tract. 2. p. 269. seqq. it. Loscher. Disp. de Metempsychoſi Pythagor. §. XI. & Buxtorff. Lex. Chald. sub r. ۷۷۳ pag. 97. Quam sententiam narrasse idem est ac confutasse. Et in genere præexistentia animæ Christi ante conceptionem Christi negata, nec possunt omnes ha sententiae, tanquam præexistentiam eius supponentes, locum inuenire.

*Solutio du  
bii.*

SCHOL. 3. Nec obstat sententiae expositæ (§. 101.), quod Deus post perfectum creationis opus non creer amplius (Theol. Dogm. §. 993.). Id enim de regno naturæ intelligendum est. At Christus licet certo respectu ad regnum naturæ pertineat, est tamen simul principium regni gratiæ illiusque fundamentum; vnde, salvo effato Mosaico, anima Christi potuit a Deo creari. Id quod eo minus pro aduerso Scripturæ S. habendum est, quo clarius Propheta Ier. XXXI, 22. ipsam productionem humanitatis Christi miraculosam creationis nomine denotat. Ieremias enim c. XXXI, 1. seqq. de temporibus N. T. Iſraëlitarumque & gentilium ad Christum conuersione sub schemate decem Iſraëlis tribuum,

buum, in terram suam reducendarum (utpote quod corporaliter factum non est, & hinc modo spirituali debet intelligi v. Theol. Dogm. T. I. §. 33 t. Sch. 2.), agens, mentionemque infanticidii Bethleemitici faciens v. 15. seqq. coll. Matth. II, 18. & intuitu beneficiorum spiritualium ad poenitentiam hortatus v. 19 -- 22. totam tandem ad decem tribus allocutionem his claudit verbis: *Quousque perges subducere te, o filia auerfa? Nam creabit Deus nouum in terra, femina circumdabit virum.* Ex quibus patet, circumdationem Viri, a femina perficiendam, non quo-  
cunque suaves coniugum amplexus, sed ipsam Viri *στενόφωνα* cir-  
cumdationem in utero Mariæ denotare. Quemadmodum enim nisi illam denotare voluisse Prophetæ, non opus fuisset attentio-  
nis excitatione singulari: *Nouum Deus creabit in terra;* cum e  
contrario gestatio illa, sine viro inchoata, vere noua, nec inde ab Adami temporibus audita res esset: ita eandem prophetæ  
mentem esse, exinde etiam colligendum est, quod, exhibita particula *η*, creationem illam noui, & circumdationem viri a fe-  
mina, vt rationem poenitentiae & conuersonis, quæ per fidem  
fit, alleget. Christus enim fundamentum fidei reale est (Theol.  
Dogm. T. I. §. 416.). Est igitur sensus Prophetæ hic: Agite poenitentiam veram, fide Messiam adprehendendo; nam modo plane  
novo is, immediate a Deo productus, a muliere, virum licet non  
agnoscente, utero circumdabitur, vt sine peccatis conceptus &  
natus, cum Deo vos reconciliare possit. Quoniam igitur hu-  
manitatis Christi productio creationis titulo a prophetæ deno-  
tatur, nec poterunt quæ de origine animæ Christi dicta sunt (§.  
101.) pro repugnantibus Scripturæ S. haberi,

SCHOL. 4. Nec adscriptionem destruit, quod B. Hollaz in Exam. Theol. P. 3. Sect. I. c. 3. qu. 15. pag. 86. 87. proposuit, argumentum: *Si Christus non assumpisset animam ab anima Ma- rie, animam humanam non redemisset.* Nam ἐδιδούσκεν αὐτοῖς, quod Christus non assumpit, non sanauit, inquit Gregorius Nazianzenus Ep. 2. ad Cledonium. At vero mens erat filio Dei, totam humanam naturam infestam labe peccati (cuius πρᾶτον  
diutinè prima sedes est anima) sanare. Ergo totam humanam  
naturam, constantem ex corpore & anima, assumpit. Nam

Alia.

76 CAP. III. DE ORIGINE ANIMÆ CHRISTI

fatemur quidem, quod non assumptum a Christo nec redemptum sit Hebr. II, 17. 18; distinguimus autem inter assumptionem animæ humanae in se, & assumptionem eius ex anima Mariae. Et dum a Christo non corpora hominum tantum, sed animæ etiam a peccatis eorumque poenis redimendæ erant, concedimus, quod inde sequitur, scilicet quod veram animam humanam Christus assumperit; hoc ipsum enim in præcedentibus docuimus (§. 8.). At quod Christus animam humanam redimere non potuerit, nisi assumpta ex anima Mariae anima, ex dicto principio non constat.

*Aduer alia.*

SCHOL. 5. Denique etiam si Christus ex patribus Rom. IX, §. ex semine Abrahæ Hebr. II, 16. Dauidisque esse dicatur Rom. I, 3. Matth. XXII, 42. nec tamen inde oppositum sententiae expositæ concludi potest. Nam dum Christus a Maria, quæ ex Abrahæ Dauidisque semine fuit Luc. III, 23, seqq. (Lucas enim Genealogiam Christi maternam refert) conceptus, nutritus & ex eadem natus est Luc. I, 31. seqq. II, 7. verissimum est, quod ipse Christus quoque ex Abrahæ Dauidisque semine oriundus sit. Filius enim sine dubio ex illorum stirpe est, vnde est mater. Quod autem veritas illa eo vsque sit extendenda, quod anima Christi ex Mariae anima sit traducta, non potest sine demonstratione, habita eorum, quæ in præcedentibus proposita fuerunt, ratione, concedi.

*Quenam  
Deitatis per-  
sona ani-  
mam Christi  
produixerit?*

SCHOL. 6. Dum autem originem animæ Christi per creationem adstruximus, potest simul queri: *i. an creatio illius sit opus omnium trium Deitatis personarum?* quod adfirmamus. Nam anima Christi est ens a Deo diuersum (§. 68.); qua de causa productio illius extra essentiam diuinam perfecta fuit. Ergo productio animæ Christi est opus Dei ad extra transiens (Theol. Dogm. T. I. §. 905.). Sed opera Dei ad extra transeuntia sunt indiuisa (Theol. Dogm. T. I. §. 908.), h. e. omnibus Deitatis personis ex æquo communia (Theol. Dogm. T. I. §. 900.). Vnde sequitur, creationem animæ Christi omnibus Deitatis personis conuenire ex æquo. Et pertinet hoc dum humanitatis Christi, vtpo-

ut potest ad quam anima pertinet, productionem toti Trinitati competere (Theol. Dogm. T. II. §. 169.), at Spiritui S. adproprietue tribuendam esse, alibi demonstrauimus (l. c. §. 170.). 2. quo *Quo fine & fine Deus animam Christi produxerit?* Respondendum hic est ex *ex qua causa eo*, quod in superioribus de fine existentiae animæ Christi dixi *mouente* (§. 57. Sch. 2.). Nam sine dubio quo fine existit anima Christi, *Deus eam eo fine Deus produxit*, quia existentiam habuit ex productione *produxerit?* diuina. Cum igitur eo fine existiterit, ut in satisfactione activa & passiva ageret, quod suum erat (§. cit.), eodem fine est a Deo producta. 3. *quid moyerit Deum ad eam sine peccato producendam?* De quo indicari potest ex eo, quod de causa impulsu productionis totius humanitatis Christi sine peccato demonstrauimus Theol. Dogm. T. II. §. 167. Scilicet ut misericordia Deum, ad animam Christi satisfactionis pro hominibus praestandæ ergo producendam, impulit, sic eadem etiam eum, ad producendam hanc sine peccato, mouit. Nam non potuisset hominum Vicarius esse, si peccato fuisset obnoxius (Theol. Dogm. T. I. §. 18.).

*SCHOL. 7. De cetero ex origine animæ Christi per creatio-* *Vnde anima*  
*nem immediatam simul, & vnde summas perfectiones essentialias,* *Christi sum-*  
*de quibus cap. 1? & vnde imaginem diuinam, de qua cap. 2. mas perfe-*  
*egimus, habuerit? sine difficultate perspicimus.* *Scilicet Deus etiones essen-*  
*immediate eam creando producens, produxit talem, vt semina* *tiales &*  
*excellentissimarum perfectionum essentialium æque ac imaginis* *imaginem*  
*diuinæ, suo tempore & sponte in uberrimos fructus erumpentia,* *Dei acce-*  
*in illa iam delitescerent, vtque reconditas in se iam gesserit ide-* *ri?*  
*as, suo tempore & sat cito euoluendas.* Nam imagine Dei ad  
*opus redemptionis perficiendum (§. 97. Sch. 2.), perfectionibus*  
*mentis essentialibus iisque summis autem, vt & cognitione veri-*  
*tatum diuinorum aliarumque ad fungendum recte munere pro-*  
*phetico, Christo opus erat.* Cum igitur Deus pro sapientia in-  
*finita rem quamlibet fini suo faciat conuenientem, h. c. ita, vt ad*  
*quod a Deo ordinata est, praestare queat (Theol. Dogm. T. I.*  
*§. 989.), quoniam animam seruatoris & perfectionibus essentialibus*  
*summis & imagine diuina ornatam produxerit, non est dubitan-*  
*dum. Habuit igitur anima Christi hæc dona ex ipsa sui crea-*  
*tione;*

78 CAP. III. DE ORIGINE ANIMÆ CHRISTI

tione; pariter ac anima Adami in ipsa sui creatione & perfectionibus essentialibus & imagine divina, at modo, adulto homini conueniente, donata fuit (Theol. Dogm. T. I. §. 1058.).

§. 102.

*Quales representationes anima Christi gerit in principio?*

Quamvis autem anima Christi a prima inde origine sua fuerit sine labore peccaminosa (§. 61.), tamen in se spectata aliorum infantum more, ut ætatis teneritas ferre solet, in principio obscuris & minus claris representationibus instructa fuit, quæ paulatim & satis cito in distinctas fuerunt commutatae. Non enim solum aliorum infantum more Christus homo est factus Hebr. II, 14, sed bis etiam Lucas c. II, 40. 52. spiritu & sapientia creuisse & corroboratum esse puerulum, testatur,

*Monitum,*

*SCHOL.* Sunt, qui de mera hominum opinione intelligunt, dum Christus puer *virius* & *coquus* creuisse dicitur l. c. Ast quia Euangelista, *spiritus* & *anima* coniungens, utraque Christum puerum creuisse, testatur, & vere Christus crevit statura corporis Eph. IV, 13, verum etiam virium mentis incrementum a Luca denotari, non dubitamus adserere; etiam si incrementum corporis extensuum, mentis autem intensuum fuerit, utriusque sic ferente essentia. Addit autem Euangelista v. 52 quod *gratia* etiam Christus puer coram Deo & hominibus creuerit, adprobacionem Dei hominumque in incremento Christi hominis indicans.

§. 103.

*Anima cum corpore commercium quid?*

Quatenus anima in representationibus suis corpus, corpus autem in motibus voluntariis animæ voluntatem sequitur, eatenus corpus & anima commercium inter se habere dicuntur.

§. 104.

## §. 104.

Christus non veram tantum animam humanam nostræ *Av tale in*  
*ōμοστον* (§. 57.), sed corpus etiam vere humanum gessit nostro *Christo?*  
*ōμοστον* (Theol. Dogm. T. II. §. 184.). Quemadmodum au-  
tem anima in sensationibus suis sequuta est corpus (§. 14.), sic  
corpus produxit motus voluntarios, voluntati animæ confor-  
mes, id quod ex tota Euangelistarum historia constat. Da-  
tum igitur fuit in Christo animæ cum corpore commercium  
(§. 103.).

*SCHOL.* Ad corporis cum anima commercium in aliis ho- *Exempla de*  
minibus referenda est productio motuum corporis, affectibus *affectibus.*  
animæ pro horum diuersitate conformium. Eandem vero in  
Christo quoque deprehendimus. Ita cum lacrymæ effectus so-  
leant esse tristitiae, tristitia commota mente Christi, lacryma-  
tus est primo ob vnum hominem Ioh. XI, 35, deinde ob totum  
populum Iudaicum Luc. XIX, 41, denique in cruce ob totum  
genus humanum Hebr. V, 7. Pariter dum gaudium Christi de-  
signaturus est Euangelista Luc. X, 21, adhibet vocem ἀγαλλιάθαι,  
quæ non mentis tantum affectum internum, sed gestibus corpo-  
ris quoque declaratum gaudium significat; prout ad magnitu-  
dinem gaudii declarandam verba χάρειν & ἀγαλλιάθαι coniungi so-  
lent Matth. V, 12. Apoc. XIX, 7. I. Petr. IV, 13. Denique  
omnium maxime hoc pertinet, quod infinita Christus tristitia ob  
hominum peccata affectus, doloresque sentiens infernales, &c  
ἀγωνίας passus, sudorem ὠρι θρόπους ἔκειτο, in terram decidentes,  
ex corpore sanctissimo emiserit Luc. XXII, 44. Ita enim com-  
motio sanguinis in venis arteriisque plane extraordinaria, eius-  
que a corde ad membra externa detrusio violentissima summæ  
affectuum animæ violentiae testis erat. Confer, de sudore hoc  
fanguineo, quæ diximus Theol. Dogm. T. II. §. 619. n. 4.

## §. 105.

Modum autem commercii illius non dubitamus eodem *Quale?*  
se modo in Christo habuisse, vt in aliis hominibus, *Tan-*  
*Carpov. de Anim. Cbr.* L tum

80 CAP. III. DE ORIGINE ANIMÆ CHRISTI

tum enim abest, ut miraculosi quidquam de eodem S. Scriptura commemoret, ut in omnibus præter peccatum similem factum fuisse fratribus Christum, affirmet Hebr. II, 14. At præter necessitatem, qualis hic nulla est, miracula & extraordinaria non sunt fingenda. Quomodo autem in aliis hominibus se habeat dictum animæ cum corpore commercium, id mere Philosophicæ considerationis, neque hinc huius loci est.

§. 106.

*Mors quid?*    Quemadmodum mors in genere priuatio vitæ est, ita dum animæ & corpori & toti homini, sua cuilibet, competit vita (Theol. Dogm. T. I. §. 967.), cuiuslibet horum mors in priuatione vitæ, ei competentis, ponenda erit. Quemadmodum igitur *mors animæ* in priuatione conatus cogitandi appetendique (§. 84.), ita *mors corporis* in priuatione virium motricium, quibus ad membra mouenda aptum erat, posita est. *Mors autem totius hominis* in cessatione commercii, inter animam & corpus intercedentis, constituit.

§. 107.

*Quid inuol-*  
*uat mors*  
*Christi?*    Christus vere mortuus est Matth. XXVII, 50. Marc. XV, 37. Luc. XXIII, 46. Ioh. XIX, 30. Nihilominus anima eius est immortalis (§. 85.). Mors igitur Christi respectu corporis priuationem virium motricium, quibus ad membra mouenda aptum erat, respectu totius naturæ humanæ autem cessationem commercii inter corpus animamque, quod in aliis hominibus mors totius suppositi appellatur, inuoluit quidem (§. 106.), at anima ipsius vitam, quam possidebat, vel in ipso mortis triduo continuavit.

SCHOL.

*SCHOL.* Referenda huc est quæstio: *an anima Christi a corpore eius in triduo mortis localiter fuerit separata?* At quia de illa alibi iam dixi, quæ dicenda fuerunt (*Theol. Dogm. T. II. §. 627. Sch. 2. 3.*), remittere ad illa lectorem, hoc loco sufficiet.

*Monitum.*

## §. 108.

Latroni, ex cruce pendenti, gratiamque a Christo petenti, pariter ex cruce pendens respondebat Christus, *fore, anima in ut eodem die cum ipso esset in paradyso* Luc. XXIII, 42. 43. *morte ad cognitionem Dei intuitiua veniret?* At quemadmodum paradisus ipsam salutem æternam denotat 2. Cor. XII, 4, ita latro, tanquam in vera fide ex hac vita decedens, statim post mortem salutis æternæ & hinc cognitionis Dei intuitiua factus est particeps (*Theol. Dogm. T. I. §. 1461. 1442.*). Hinc Christi quoque anima, simulac ille vitæ præsentis stationem reliquit, Dei cognitionem adsequuta est intuitiua.

## §. 109.

Status exaltationis Christi progressum in perfectionibus, *An eandem non regressum inuoluit, vti ex Theologicis constat.* Etiam si semper sit igitur anima Christi in ipsa exaltatione manserit in se ens finitum, dum propter entis infiniti unitatem (*Theol. Dogm. T. I. §. 539.*) non potuit in se infinita fieri, tamen quia per Christi mortem ad cognitionem Dei intuitiua peruenit (*§. 108.*), in eodem quoque mansit & permansura est semper statu feli-cissimo.

*SCHOL.* Cognitio hæc Dei in anima Christi intuitiua neutrius tollit perfectiones eius anteriores. Nam illæ vel essentiales sunt, quas cum nostra communes habet anima (*c. 1.*), anteriores vel certo sensu accidentales, quæ imaginem Dei primariam in anima Christi constituant (*c. 2.*). *Perfectiones ad imaginem*

## 82 CAP. III. DE ORIGINE ANIMÆ CHRISTI &c.

Dei pertinentes, h. e. cognitionem Dei habitualē voluntatisque sanctitatem, non potuit perdere. Nam dum ab omni semper longissime absuit peccato proprio (§. 61. seqq.), nulla fuit, cur insigni imaginis Dei perfectione vñquam priuaretur, ratio. Hac autem in Christo cognitione & voluntate actuali manente, non potest non facultas quoque cognoscendi volendique in Christo salua esse. Nam actus facultatem agendi, vt ex metaphysicis notum est, supponit,



IN.

# INDEX

## RERVM ET DOCTRINARVM PRÆCIPVAVMV IN HAC COMMENTATIONE CONTENTARVM SECUNDVM PARAGRAPHORVM SERIEM ADORNATVS.

A.

**A**bstra<sup>tio</sup> quid & vbi sit? 23.  
ea an competierit animæ Christi?  
st? 24.  
quo respectu competierit? ibid.  
Sch.  
Acumen quid? 40.  
Admiratio unde oriatur? 74.  
Adulterium quid? 33. Sch. 7.  
Affetus quid? 47.  
ex eorum numero est tristitia 8.  
Sch. 2.  
Augsburgensia Christi hominis inhæsua  
& communicativa quid? 61.  
Sch.  
Anima humana quid? 5.  
quo sensu ad corpus suum adstricta  
dicitur? 5. Sch. 1.  
quot ei facultates tribuenda? 13.  
eius immortalitas quid? 84.  
eius cum corpore commercium  
quid? 103.  
Christi cogitauit 17.  
polluit sensationibus & sensibus  
14.

imaginationibus & phantasia 16.  
facultate fingendi 18.  
memoria 20.  
attentione & reflexione 22.  
abstractione 24.  
ingenio summo 27.  
intellectu 31.  
sed impuro 39.  
& omnibus eius operationibus 33.  
quomodo fuerit ratiocinata? 33.  
Sch. 1. seqq.  
polluit cognitione singulari & uni-  
uersali 35.  
intuitiva & symbolica 37.  
acumine 41.  
ratione 43.  
facultate cognoscitiva inferiore &  
superiore 45.  
appetitu sensitivo & auersatione  
sensitiva 48.  
affectionibus 49.  
gaudio ibid. Sch. 1.  
tristitia ibid. Sch. 2.  
misericordia ibid. Sch. 3.  
amore ibid. Sch. 4.

## INDEX RERVM.

desiderio ibid. Sch. 5.  
 indignatione ibid. Sch. 6.  
 appetitu & auersatione rationali  
 50.  
 libertate 52.  
 facultate appetitiva inferiore & su-  
 periore 54.  
 fuit nostræ similis 55.  
 & specie *quætoris* 57.  
 qualis fuerit eius cognitio? 58.  
 an habitualis? 60.  
 qualis voluntas eius? 61. 63.  
 fuit per se ens finitum 68.  
 nec habuit per se perfectiones in-  
 finitas 69.  
 an quædam ignorauerit? 71.  
 an potuerit in cognitione crescere?  
 73.  
 an potuerit concipere admiratio-  
 nem? 75.  
 non est ens compositum 76.  
 sed substantia simplex 78.  
 & differt a corpore eius essentiali-  
 ter ibid. Sch.  
 est incorruptibilis 80.  
 viuit 83.  
 est immortalis 85.  
 Deo similis 86.  
 sed non omnimode, nec æqualis  
     ibid. Schol.  
 per eam Deus repræsentatur 88.  
 gerit Dei imaginem 93.  
 eamque & primariam & secunda-  
 riæ 97.  
 an potuerit a Deo creari? 98.  
 an potuerit ex Mariæ anima tradi-  
     ci? 99, 100.

an per creationem orta? 101.  
 an in V. T. extiterit & per *misericordiam*  
     *providentiam* resoluta? ibid. Sch. 2.  
 eam quænam Deitatis persona pro-  
     duxerit? 101. Sch. 6.  
 quo fine & ex qua causa mouente  
     Deus eam produxerit? ibid.  
 unde summas perfectiones essentia-  
     les & imaginem Dei acceperit  
     101. Sch. 7.  
 quales repræsentationes gesserit in  
     principio? 102.  
 an in morte Christi venerit ad co-  
     gnitionem Dei intuituam? 108,  
 an perfectiones anteriores semper  
     sit retentura? ibid. Sch.  
*Appetitus* quid & quotuplex? 46.  
*Appetitua* facultas inferior superior  
     quid? 53.  
 "Aψειος qui & quotuplices? 9. Sch.  
*Ars* quid? 45. Sch. 1.  
     oratoria an in Christo homine?  
     45. Sch. 2.  
*Attentio* quid? 21.

B.

Beatitas quid? 33. Sch. 8.

C.

*Christus* quid? 6.  
 fuit sibi sui & aliorum conscius 7.  
 gessit veram animam humanam 8.  
 & duplicem conscientiam sui 9.  
 polluit ingenio summo 27.  
 idque secundum omnes gradus, ex  
     quibus æstimandum est ibid.  
     Sch. 1.

an

## INDEX RERVM.

an a carne fuerit tentatus? 64.  
 an in temptationibus externis sedu-  
 ctus? ibid. Sch. 2.  
 an in ipso pugna appetitus sensitui  
   & voluntatis sanctæ? 65.  
 an instructus fuerit viribus ad bo-  
   num habitualibus? 67.  
 quid per has potuerit praestare? ib.  
   Schol.  
 quotuplicem gerat spiritum? 81. Sch.  
 an animæ cum corpore commer-  
   cium in illo? 104.  
 quale? 105.  
 eius mors quid inuoluat? 107.  
 reliqua vid. sub *anima Christi*.  
*Cogitatio* quid? 10.  
 an talis sit omnis perceptio? ibid.  
   Schol.  
*Cognitio* vniuersalis, singularis quid?  
   34.  
 quomodo vniuersalis adquiratur? 34.  
   Schol.  
 intuitiva & symbolica quid? 36.  
 omnium rerum intuitiva an Chri-  
   stus polluerit? 37. Sch. 1.  
 habitualis quid? 59.  
 in illa crescere quid? 72.  
 experimentalis quid? 73. Schol. 2.  
 eius incrementum quale in Christo  
   homine? 73. Sch. 2.  
*Cognoscitio* facultas inferior, superior  
   quid? 44.  
*Conscium* esse sibi sui & aliorum quid? 3.  
*Conscientia* sui vbi sit vel non? 4.  
   differentia eius qua representa-  
   tiones claras & distinctas 4. Sch.  
*Corruptio* entis quid? 79.

D.

*Deus* quando hominis Deus esse dicar-  
   tur? pag. 19. n. 1. 2.  
*Distinguere* res quid? 1.

F.

*Fingendi* facultas quid? 17.  
 quo sit referenda? ibid. Sch.  
 quotuplici modo fieri possit? 18.  
   Sch. 1.  
 quales fuerint fictiones Christi? ibid.  
   Sch. 2.  
 an factæ sint cum ratione obiectus  
   nec ne? ibid.

I.

*Ideæ* quando communionem habeant  
   inter se? 15. Sch.  
*Imaginatio* quid? 15.  
*Imago* quid & quotuplex? 92.  
 Dei primaria & secundaria in ho-  
   mine quid? 95. 96.  
*Immortalitas* animæ quid? pag. 20.  
   n. 11.  
 quomodo a Christo demonstrata?

33. Sch. 6.

*Incarnatio* filii Dei quid? 6. Sch. 2.  
*Ingenium* quid 26.  
 eo summo polluit Christus homo 27  
 idque secundum omnes gradus, ex  
   quibus aestimandum est 27. Sch. 1.  
 naturale, artificiale quid? 27.  
   Sch. 2.  
 Christi hominis quale fuerit? ibid.  
*Intellectus* quid? 30.  
 eius operationes quot & quæ? 32.  
 purus & impurus quid? 38.  
 finitus qualis? 70.

*Intel-*

# INDEX RERUM.

- Intelligentia* quid? 45. Sch. 1.  
ea an in Christo? 45. Sch. 2.
- Intelligere* se inuicem, quomodo fiat?  
15. Sch. 2.
- L.
- Libertas* quid? 51.  
eius a spontaneitate differentia ib.  
Schol.
- M.
- Memoria* quid? 19.  
eius a phantasia differentia ib. Sch.
- Mors* quid? 106.
- N.
- Nexus rerum* quid? 42.
- O.
- '*Omnis* quando A sit r̄p B? 56.
- P.
- Panper* spiritu quid? 33. Sch. 8.  
quomodo distinguantur? ibid.
- Perceptio obscura*, clara quid? 1.  
distincta, confusa quid? 2.  
omnis an sit cogitatio? 10. Sch.
- Phantasia* quid? 15.
- Prudentia* quid? 45. Sch. 1.  
ea an in Christo homine? 45. sch. 2.
- R.
- Ratio* quid & quartuplex? 42.  
per quid se exserat? ibid.
- Reflexio* quid? 21.
- Representationes* distinctæ quid requiri-  
rant qua cognitionem symboli-  
cam S. 2. Sch.
- quomodo orientur? 29.
- Resuscitatio* ex morte quid? pag. 23.  
n. II.
- S.
- Sanctitas infinita* an possit tribui ani-  
mæ Christi in se spectatae? 69.
- Sch. 2.*
- Sapientia* quid? 45. Sch. 1.  
illa an in Christo homine? 45.
- Sch. 2.*
- Sensatio*, sensus quid? 12.
- Similia* quid? 25.  
eorum ab æqualibus differentia, 25.
- Sch.*
- quomodo se habeant? 87.
- Spiritus* quid? 81.
- Subtilitas* quid? 41. Sch.  
qualis in Christo? ibid.
- T.
- Theologia* ectypa quid? 58. Sch. 2.  
illa quo sensu Christo homini tri-  
buatur? ibid.
- V.
- Veritates nouæ* an possint in Theolo-  
gia inueniri? præf.
- Vires* ad bonum habituales quid? 66.
- Vita entis* quid? pag. 19. n. 3. §. 82.  
spiritus & animæ humanæ quid? 82.
- Vno* personalis in Christo quid? 6.  
sch. 2.
- Voluntas Dei* legalis & evangelica quid?  
58. Sch. 1.
- vtraque an perspecta fuerit Christo?  
ibid.
- sancta & recta quid? 62.
- sancta an sit recta? 62. Sch.
- Vsus* entis quid? 89.
- IN-



# INDEX

LOCORVM S. SCRIPTVRÆ QVÆ IN HAC  
COMMENTATIONE VEL EXPLICATA VEL SALTIM  
EXCITATA SVNT.

Cap.	Vers.	Paragr.	Cap.	Vers.	Paragr.
GENESIS.					
I.	31.	8. Sch. 1.	XXVI.	12.	33. sch. 6.
XVII.	II.	33. Sch. 6.			n. 2.
	7.	ibid. & pag.			
		22. n. 9.	IX.	8.	18. sch. 1.
	8.	33. Sch. 6.			
					n. 2.
XXV.	8.	33. Sch. 6.	XIV.	2.	SAM.
				5.	18. sch. 1.
		n. 10.		seqq.	ibid.
XXXV.	29.	33. Sch. 6.			
					n. 10.
XLIX.	33.	33. sch. 6.	LXXXII.	6.	PSALM.
			CX.	1.	33. sch. 1.
		n. 10.			33. sch. 1.
EXODVS.					
II.	3.	7.	LIII.	IESA.	
	4.	ibid.		6.	
	5.	ibid.		9.	7.
	6.	ibid.			63. sch.
III.	6.	33. sch. 6. &	XXXI.	I.	
		n. 7. & pag.		10.	sch. 3.
		22. n. 5. &		seqq.	ibid.
		n. 7.		15.	ibid.
XII.	6.	49. sch. 5.		seqq.	ibid.
					Cap.
			M		

# INDEX LOCORVM.

Cap.	Vers.	Paragr.	Cap.	Vers.	Parage.
	19.			11.	ibid.
	vsque ad v.			12.	14.
	27.	ibid.		23.	ibid.
EZECH.				36.	ibid. & 49. Sch. 3.
			X.	28.	85.
XXXVII.	26.	33. sch. 6. n. 2.	XI.	2.	16.
	27.	ibid.		seqq.	ibid.
MATTHÆVS.				3.	63. Sch.
I.	20.	61.		4.	ibid.
II.	18.	101. sch. 3.		5.	ibid.
III.	13.	16.		6.	ibid.
IV.	2.	8. 48. sch.		16.	27.
	3.	64.		17.	ibid.
	6.	ibid.		25.	63. Sch.
	9.	ibid.		27.	58.
V.	12.	14.		28.	45. Sch. 2.
	I.	14. 33. sch. 7.	XIII.		58. Sch.
	seqq.	33. sch. 8.		29.	45. Sch. 2.
	12.	104. sch.			63. Sch.
	17.	67.		3.	ibid.
	20.	45. sch. 2.		23. 18. Sch. 2.	27.
	seqq.	ibid.		seqq.	ibid.
	21.	58. sch.		3.	vsque ad v.
	seqq.	ibid.		8.	27. Sch. 1.
VII.	32.	33. sch. 7.		18.	27. Sch. 1.
	24.	27.		19.	ibid. & 22. 35.
	26.	ibid.		20.	22. 27.
VIII.	10.	14. 75. sch. 73.			Sch. 1. 35.
		8ch. 2.		21.	ibid.
	18.	14. sch. 2.		22.	ibid.
	24.	68. sch.		23.	ibid.
	27.	74. Sch.		24.	vsque ad v.
IX.	10.	63. Sch.		54.	27.
					Cap.

INDEX LOCORVM.

Cap.	Vers.	Paragr.	Cap.	Vers.	Paragr.
	24.	18. Sch. 2.		15.	45. Sch. 2.
		27. Sch. 1.			29. Sch.
	seqq.	ibid.		seqq.	ibid.
XIV.	31.	18. Sch. 2.		17.	33. Sch. 4.
	seqq.	ibid.		seqq.	ibid.
	36.			19.	35.
	vsque ad v.			20.	92. Sch.
	43.	27. Sch. 1.		21.	ibid.
	12.	73. Sch. 2.		23.	præf. pag. 11. & §. 33.
	13.	14. 73. Sch. 2.			Sch. 6.
XV.	14.	49. Sch. 3.		seqq.	ibid.
	1.	58. Sch.		23.	
	seqq.	ibid.		vsque ad v.	
	2.	45. Sch. 2.		30.	45. Sch. 2.
	seqq.	ibid.		41.	33. Sch. 1.
	10.	31. Sch.		seqq.	ibid. & 10.
	32.	49. Sch. 3.			Sch. 5.
XVI.	21.	65. Sch.	XXIII.	8.	33. Sch. 6.
	22.	64.	XXV.	1.	18.
	23.	52.		seqq.	ibid.
XVII.	12.	35.	XXVI.	15.	6.
	13.			16.	ibid.
	27.	63. Sch.		17.	ibid.
XIX.	9.	33. Sch. 7.		26.	7.
XX.	1.	18. Sch. 2.		27.	ibid.
	seqq.	ibid.		30.	63. sch.
	18.	65. Sch.		38.	8. sch. 2. 49.
	19.	ibid.			schol. 2. 63.
XXI.	23.	45. Sch. 2.			sch. 78. sch.
	24.	ibid.		39.	48. sch. 50.
	25.	ibid.			sch. 52. 63.
	26.	ibid.			schol. 65.
	27.	ibid.			sch.
XXII.	1.	18. Sch. 2.	XXVII.	50.	107.
	seqq.	ibid.			Cap.

## INDEX LOCORVM.

Cap.	Vers.	Paragr.	Cap.	Vers.	Paragr.
			III.	23.	101. sch. §.
	MARCVS.		VI.	seqq.	ibid.
IV.	34.	8. sch. 2.	IX.	12.	63. sch.
VI.	39.	74. sch.		41.	104. sch.
	2.	60.	X.	58.	63. sch.
VII.	6.	75. sch.		21.	49. sch. I. 104.
VIII.	3.	58. sch.			sch.
	seqq.	ibid.		22.	68.
	8.	63. sch.		29.	27. sch. I.
XI.	22.	1. sch.		30.	
	23.	ibid.		vsque ad v.	
X.	24.	ibid.	XII.	37.	ibid.
I.	14.	63. sch.		40.	63. sch.
XI.	12.	8. 48. sch. 71.		41.	
		sch.		vsque ad v.	
	seqq.	71. sch.		45.	ibid.
XII.	13.	73. sch. 2.		seqq.	ibid.
	18.	præf. pag. II.	XIII.	1.	73. sch. 2.
XIII.	seqq.	ibid.	XVI.	23.	84. sch.
XIV.	32.	71. sch.		24.	4. schol. 84.
XV.	34.	49. sch. 2.			sch.
XV.	37.	107.		25.	ibid.
				27.	ibid.
				28.	ibid.
LVCAS.			XVII.	14.	16. 20.
I.	31.	61. 85. 101.		seqq.	ibid.
		sch. §.		41.	49. sch. I. 104.
II.	seqq.	ibid.			sch.
	7.	101. sch. §.		42.	ibid.
III.	6.		XX.	27.	præf. pag. II.
	21.	ibid.			& §. 33. sch.
	30.	ibid.			6.
	47.	102.		seqq.	ibid.
	46.	31. sch. 58.		38.	33. sch. 6.
	47.	ibid. & §. 60.			n. 6.
	52.	73. sch. I. 102.	XXII.	15.	49. sch. 5.

# INDEX LOCORVM.

Cap.	Vers.	Paragr.	Cap.	Vers.	Paragr.
XXIII.	44.	104. sch.	X.	15.	7. 8. sch. 2.
	42.	108.		18.	52. sch. 61.
	43.	ibid.		24.	58. sch.
XXIV.	46.	81. sch. 107.		25.	ibid.
	26.	65. sch.		27.	7.
IOHANNES.					
I.	18.	58.	XI.	5.	49. sch. 4. & 6.
II.	6.	61. 100.		25.	58. sch.
	14.	58. sch.		26.	ibid.
	15.	ibid.		33.	49. sch. 2. & sch. 6.
	16.	ibid.		34.	71. sch.
IV.	25.	58. sch.		35.	49. sch. 2. 104. sch.
	26.	ibid.		36.	49. sch. 4. & sch. 6.
	34.	61.		37.	ibid.
VI.	29.	58. sch.		38.	ibid.
	38.	61.		50.	52.
	46.	58.		51.	ibid.
	47.	58. sch.		27.	49. sch. 2.
	54.	ibid.		4.	63. sch.
VII.	15.	27. sch. 2. 31. sch. 43. sch.	XII.	seqq.	ibid.
		60. 73. sch.	XIII.	29.	ibid.
		2.		10.	61.
VIII.	3.	45. sch. 2.		26.	58.
	seqq.	ibid.		3.	33. sch. 2.
	7.	ibid.		19.	7.
	seqq.	ibid.		24.	50. sch.
	14.	58.	XVII.	25.	58.
	23.	58.		22.	8.
	seqq.	ibid.		23.	ibid. & §. 33. sch. 3.
	49.	63. sch.		Cap.	
IX.	6.		XVIII.		
	vsque adv.				
	35.	20.			

## INDEX LOCORVM.

Cap. XIX.	Vers. 28.	Paragr. 8. 48. sch.	Cap. 30.	Vers. 107.	Vers.	Paragr.
					E P H E S .	
A C T A   A P O S T .	I.				3.	49. Sch. I.
X X I I .	8.	33. Sch. 6.			4.	ibid.
ad R O M .	IV.				5.	ibid.
I.	3.	101. Sch. 5.			6.	ibid.
VI.	4.	81. Sch.	V.		11.	p r æ f . p a g . s .
VII.	17.	49. Sch. I.			seqq.	ibid.
VIII.	29.	97. Sch. 2.			13.	102. Sch.
IX.	5.	101. Sch. 5.			23.	97. Sch. 2.
					24.	ibid.
I. C O R .	II.				PHILIPP.	
I.	23.	49. Sch. I.			6.	85.
X III .	12.	37. & sch. 1.			seqq.	ibid.
X V .	41.	81. Sch.			8.	61. 73.
	42.	ibid.				Sch. 2.
	43.	ibid.			COLOSS.	
	44.	ibid.	I.		15.	93.
	45.	81. & Sch.	III.		10.	97. Sch. 2.
2. C O R .					1. T I M .	
IV.	4.	93. Sch.	II.		4.	49. Sch. I.
V.	21.	61.	III.		16.	81. Sch.
VI.	16.	33. Sch. 6.			2. T I M .	
		n. 2.			7.	31. Sch.
VIII.	9.	63. Sch.				
X II .	4.	108.	II.			
G A L A T .	II.				P E T R .	
IV.	4.	33. Sch. 2.			23.	63. Sch.
						C a p .

# INDEX LOCORVM.

Cap.	Vers.	Paragr.	Cap.	Vers.	Paragr.
III.	18.	81. Sch.		18.	57. Sch. 1.
IV.	13.	104. Sch.			101. Sch. 4.
			IV.		15. 8. Sch. 1. 61.
					64. Sch. 1.
			V.	7.	104. Sch.
II.	18.	præf. pag. 5.		8.	73. Sch. 2.
			VII.	26.	8. Sch. 1. 61.
			IX.	13.	81. Sch.
				14.	ibid.
II.	9.	7.			
	14.	102. 105.			
	16.	101. Sch. 5.			
	17.	7. Sch. 1. 57. Sch. 1. 101. Sch. 4.	III.	17.	33. Sch. 8.
			XIX.	7.	104. Sch.
			XXII.	18.	præf. pag. 2.

## APOCAL.





94 A 7388


58

WMT

Kelto

Hl. 59.





4.

PSYCHOLOGIA  
SACRATISSIMA

---

HOC EST  
DE  
**ANIMA CHRISTI**  
**HOMINIS**  
**IN SE SPECTATA**  
**COMMENTATIO**  
**THEOLOGICO-PHILOSOPHICA**

---

AVCTORE  
**M. IACOBÓ CARPOVIO**  
ILL. GYMNASII VINARIENSIS RECTORE  
ET REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARVM BEROLINENSIS  
COLLEGA.

---

EDITIO ALTERA LONGE AVCTIOR.

---

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE —  
IMPENSIS IO. ADAM. MELCHIOR.  
MDCC XL.